UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

JOANNIS FRIDERICI KARG
Bambergensis Franconis.

PAX RELIGIOSA

Sive

De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum.

Opusculum curiosum, utile, ac universam propè Authoritatis Episcopalis materiam, facili & planâ methodo, Theologicè, Nomo-Canonicè, Historicèq; pertractans, hodiernis juribus ac usibus accommodatum.

Cum Permissu Superiorum.

Herbipoli, typis Jobi Hertz, Anno M. DC. LXXX.

Collegii Soc. Jesu Paderbornæ 1697.

DE Clementissima commissione Celsissimi ac Reverendissimi Principis & Domini, D PETRI PHILIPPI, *Episcopi Bambergensis & Herbipolensis, S. R. Imperii Principis, Orientalis Franciæ Ducis &c. ego infrascriptus perlegi attentè* Pacem Religiosam *Amplissimi Viri ac Domini Ioannis Friderici* Karg SS. Theol. & I. U. *Doctoris, S. R. E. Proto-Notarii & Comitis Palatini, suæ Celsitudinis Consiliarii Intimi & Ecclesiastici, nec non Collegiatæ S. Iacobi Majoris Bambergæ Canonici Capitularis: quæ cùm præter solidit atem doctrinæ, discretionem cum candore ac zelo conjunctam, Episcopali Regimini plurimum lucis aspergat; nec quicquam contineat, quod Christianam pacem, fidem, pietatem, aut bonos mores offendat, eam censeo dignam esse, quæ non modò, unà cum Appendice, typis imprimatur; sed & Ecclesiasticorum ac Regularium factis continuò exprimatur: sinceræ gratulationis ergò Chronognosticon sequens adscribo:*

SaLVe tot DVBIIs potIor PAX
Certa trIVMphIs!

Ioannes Hermannus, Majestatter suæ Celsitudinis Consiliarius Intimus.

Celsis-



Candidè, Cordatè, Constanter.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Celsissimo & Reverendissimo
Principi ac Domino D.

PETRO PHILIPPO

Episcopo Bambergensi & Herbipolensi, S. R. Imperii Principi, Orientalis Franciæ Duci &c. Domino meo Clementissimo.

INgenuus est hic libellus, Celsissime ac Reverendissime Princeps, Domine Clementissime, *atq; ut talem se omnibus prodat, Gentilitiorum Cordium Tuorum figuram præsefert, ingenuorum hominum more*, de quo Macrobius in Saturnalibus: *& quoniam ob rerum vastitatẽ exiguâ hâc mole contentam pro Bibliotheca portatilie sse*

potest, monente Galeno lib. de compos. medic. c. 1. *in Templo Pacis, hoc est, apud Celsitudinem Tuam collocari primitus optat, duo simul obtenturus,* scutum cordis *videl. contra Obtrectatorum invidiã; Sanarumq; mentium* affectum propitium, *apud quas tanta est sublimis Sapiẽtiæ, integritatis, prudentiæ, Zeli, & placidissimorum Celsitudinis Tuæ morum æstimatio, ut Celeberrimorum Insignium Tuorum præfixio possit esse pro velis ac titulo glorioſi Patrimonii Tui (quod est boni publici atq; Concordiæ studiũ) ac proinde* PAX RELIGIOSA, *velut i rerum ad S. Matris Ecclesiæ, Tridentinæq; cumprimis Synodi mentem à Celsitudine Tua in Episcopatibus Bambergensi & Herbipolensi gestarum adumbratio, sive ad Conciliandum sibi pretium, sive ad demonstrata tranquillitatis*

litatis publicæ commoda conſervanda, meritò in fronte præ ſe ferat ac revereatur Authoritatem Celſitudinis Tuæ, tanquam Religioſiſſimi Antiſtitis, Sapientiſſimi Ducis, Amabiliſſimi Principis; ac multò æquiùs ab Eo ſumat exordium, à Quo vigorem trahit ac robur; quàm nonnullæ quondam Italiæ Civitates, teſte Suetonio, *initium anni à die, quo primùm Octavius Auguſtus ad eas acceſſerat: ec quid enim delectabiliùs, raptis ad ſe leniter unitiſq; hominum cordibus, Calendas Pacis inchoat*, Sacratiſſimis Cordibus Tuis? *quæ generoſi Celſitudinis Tuæ Antenati* Tria *acceperunt, ut eſſent ternæ Charitum ſedes, unde cum avito* ſanguine, lac & mel *in Te confluerent, circumſeptoſq; tot Cordibus humillimos Clientes ac ſubditos tutos facerent ab omni amaritu-*

dine sortis adversæ, & prodigiosâ quâdam metamorphosi, non rigidos, ùt fabulosum caput Medusæ; sed melleos redderent quorumcunque, etiam hostium, animos, statim atque Cordium Tuorum, hoc est, benignissimæ Comitatis Tuæ vel stillam libaverint. Si quorum tamen palatus tanto livore destructus est, ut nullam planè dulcedinem sentiant, stabit & contra tales, sub potentissimis Celsitudinis Tuæ Auspiciis, PAX hæc firma ac stabilis, Tuente Te, juxta S. Bernardi Doctoris mellei verba, *locum, quem tenes; dignitatem, quâ polles; potestatem, quam accepisti, ut Episcopalis Ordinis jus & dignitas*, unicus Religiosæ Pacis meæ scopus, *ex integro conservetur. Quod ut jugiter fiat, Celsitudini Tuæ longam ætatem & Salomoni Sæculi Nostri* Schalom,

id

id est, solidam Pacem ac omne bonum animitus apprecor, ac post inclinationem profundam, lucubrationum mearum Hecatomben, unà mecum, demississimè dedico, atque permaneo

Celsitudinis Tuæ

Ex Castro Montis Mariani supra Herbipolim in festo S. FRIDERICI Episcopi Ultrajectensis, & Martyris pro Veritate, die 18. Julii 1680.

Humillimus, fidelissimus & devotissimus

J. F. Karg M. P.

Procœmium.

1. *Procœmiorum usus ac utilitas.*
2. *Occasio ad præsens opusculum.*
3. *Scopus Authoris.*
4. *Injusta Regularium exemptorum querelæ adversùs Episcopos.*
5. *Paranesis ad Episcopos, ac Regulares exemptos.*
6. *Præmunitio Authoris contra criminatores.*

1. AReopagitarum singulari (a.) quidem Jure antiquitus cautum fuerat, ne causam dicturus uteretur procœmio, quo judices vel ad odium permoveret, vel ad commiserationem. At secùs est de Jure communi, cujus Augustissimus Conditor Justinianus Imperator (b.) ad corpus Legum non semel præfatus fuit: imò & SS. Pontifices (c.) sua quoque sacro Juri Canonico præmisêre procœmia, gnari, eam esse passim præcupidorum hominum aviditatem, ut nisi sub ipsum operis ingressum primo statim obtutu intentionem Authoris ob oculos positam videant, præ-

con-

concepto totius operis evolvendi fastidio, difficillimè lectionem aggrediantur,& vix unquam absolvant: id quod in privatorum scriptis potissimùm accidit, quorum titulis illud M. Actii Poëtæ sæpiùs congruit, qui (d.) cùm brevissimus esset, in Diva Camænarum æde, maximâ formâ sibi statuam collocavit. Ut non inutiliter impendendam à me oderam arbitrer, si brevi quodam proœmio, ex quo mens mea dispici (e.) possit, lectori benigno præindicem suscepti à me hujus laboris occasionem ac intentionem.

2. Atque ut ab occasione incipiam, eam dedit Celsissimus ac Reverendissimus Princeps & Dominus D. PETRUS PHILIPPUS, Episcopus Bambergensis, & Herbipolensis, S. R. I. Princeps, Orientalis Franciæ Dux &c. Dominus meus Clementissimus, evulgato die Sextâ Aprilis, Anno 1679. Decreto, cujus tenor unà cum aliis suæ Celsitudinis Decretis & Declarationi-

bus sub finem attextus est: quod cùm nonnulli vel durum nimis, vel invidiosum putaverint, operæ pretium duxi, necessitatem ac utilitatem Ejusdem ostendere, omnibus hujus opusculi partibus ex SS. Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Decretis Conciliorum, SS. Congregationum declarationibus, sinceriore Historia, &, ut hominis factiosi notam effugerem, scriptis Regularium ipsorummet, desumptis, si vel impugnatus, vel debitè requisitus fuero, confestim laudaturus Authores ad evictionem obstrictos.

3. Scio argumentum hoc à permultis variè discussum fuisse: At quoniam vel nimis jejunè, vel factiosè, vel acerbè; à nemine verò, de quo mihi constet, Theologicè, Canonicè, & Historicè simul hæc sparta fuscepta fuit: ego, solo Christianæ concordiæ studio, post tractatam nuper è S. Synodi Tridentinæ Canonibus *Pacem Catholicam* cum Adversariis Fidei nostræ, intestinis quo-

que

que dissidiis obviaturus, *Patem Religiosam* non tam procurare, quàm à tempore ejusdem Concilii obtentam monstrare constitui, eâ fide, sinceritate, ac Methodo, ut, licèt Ecclesiasticus & in Episcopali servitio constitutus sim, unum ordinem, *Ecclesiasticum scilicet*, opere teneam, cæteros charitate; nec usquam vesano mei statûs amore illectus, aut Episcopos aut Ecclesiasticos contra fas efferam; aut Regulares infra sui gradûs prærogativas ullatenus deprimam, votorum summam tunc consecuturus, si, ostensâ Episcopalis muneris & Regularium operarum utili conjunctione, effecero, ut sinè livore, contemptu, ac metu, Episcopi, Ecclesiastici, & Regulares, viribus studiisque unitis incumbant ad seriò ac sedulò procurandam majorem DEI gloriam, & animarum salutem: ita nos præclarè commonente Hugone de S. Victore (f.) *licèt in Monacho & Canonico diversitas sit habitûs, idem tamen debet esse Religionis affectus.*

4

4. Tantum abeſt, ut vel diſſidii, vel perſecutionis Regularium Author ſim, qui ſi publica Confeſſariorum, Prædicatorum, Doctorum &c. munia certatim ſuſcipiunt, & Epiſcopalibus vineis excolendis operas ſuas paſſim addicunt citra turbationem (ùt Illi quidem ajunt) Religioſi ordinis ſui: queri profectò non debent, quòd multiplices pro varietate caſuum ſortiantur ſuperiores, modò intra ſuos quique ſe limites ita pacatè contineant, ut Epiſcopus non uſurpet ea, quæ ad Regularem Exemptorum obſervantiam pertinent; nec Regularis Superior jurisdictionem Epiſcopalem, cui Regulares operarii in iis, quæ publicas ejusmodi functiones concernunt, ſe ſponte ſubmittunt, invadat. Adeò ut Regulares exempti potiùs, ſi & operas, & querelas continuent, tam iniquâ favoris Epiſcoporum illos in muneris ſui communionem admittentium interpretatione notam ingratorum, ne dicam factioſorum, incurrant;

rant; atque vel juxta Religiosi statûs sui à *relinquendo* dicti etymon, officia prædicta dimittere aut nunquam acceptare; vel annexam his obligationem subire teneantur.

5. Ubi ut sensus meos clarè depromam, Candidè assevero, extrema utrinque vitanda esse, & nec insultandum Episcopis à Religiosis, qui ab illis non planè obluctantes ac inviti ad Ecclesiasticorum ordinum gradum & publicas Clericorum functiones admissi sunt: nec è diverso, cùm Episcoporum quorundam socordia, vel ob adauctum gregem insufficientia, complures olim Monachos è solitaria quiete ad sustinendum magna ex parte Episcopalis ministerii pondus evocârit, par esse, ut absque causa lamententur de eo Episcopi & Ecclesiastici, quod Prædecessorum suorum vitio, aut cum ingenti saltem beneficio contigit, dummodo à Religiosis exemptis Episcopi pacificè frui sinantur Jure suo, quod per se liquidum

dum est, maximè post S. Tridentinam Synodum, & tot constitutiones Apostolicas, atque declarationes.

6. Criminentur nunc, si qui velint; & sive in Episcopale regimen, sive in Regularium statum, sive tandem in me utriusque vindicem amarulentiæ virus turpiter evomant: mihi sanè illud præprimis curæ, ac veluti pro antidoto erit, ut quibuslibet Adversariis, juxta aureum S. Augustini & Regularis, & Episcopi monitum, non quidem convitiando (quod semper absit!) superior efficiar; sed salubrior errores vanasque nonnullorum soli vocum cortici ac nescio quibus formalitatibus inhærentium, persuasiones convincendo: ita tamen, ut universa, quæ scribam, S. Sedis Apostolicæ judicio demississimè subjecta profitear; & quemadmodum in sentiendo sincerus ac liber sum, ita liberos atque sinceros hujus libelli censores desiderē, non carnales criminatores.

a, Alexan. ab Alex. l. 3. dier. genial. c. 5.

c 5.b. ad Instit.& Novel.c.Greg.IX. ad V.libr Decretal,Bonif. VIII. ad lib. VI. Decretal. Clemens V. ad Clementin. d. Plin.l.34.c.5 e. L. fin. & ibi DD. ff. de hered.instit.f.l.2de clauſt.anim.c.16.

Pacis Religioſæ Index Decadum & Capitum, ſecundùm numerum foliorum.

DECAS I.

De exemptione Religioſorum.

CAPUT I. De præcipuis duabus differentiis ſtatûs Eccleſiaſtici & Religioſi *fol.* 1. II. Quid & Quotuplex ſit, & à quo detur exemptio? f. 10, III. Quare data fuerit nonnullis exemptio? f. 11. IV. Quæ fuerit mens S. Bernardi de exemptione? f. 16. V. De plerorumque Regularium exemptione ſubſecuta, f. 17. VI. Quomodo probetur & defendatur exemptio? f. 20. VII. An hodie Regularibus exemptio competat de Jure communi? f. 23. VIII. De commodis & incommodis exemptionum. f. 24.

24. IX. An Ecclesia vel Religio exempta renuntiare possit privilegio exemptionis? f. 29. X. Quid suadendum sit Episcopis, & Religiosis exemptis? f. 31.

DECAS II.

De subjectione Regularium quantumvis exemptorum.

CAPUT I. De Reverentia localibus Episcopis debita à Regularibus exemptis f. 34. II. De præeminentiis Episcoporum localium in Ecclesiis Regularium exemptorum. f. 35. III. An Regulares exempti, hodiedum subjiciantur Episcopis in materia fidei, festorum, jejuniorum, & publica saltem observatione interdictorum generalium locorum? f. 40. IV. Quid dicendum de usu publico Calendarii Julianæi? f. 44. V. An Regulares exempti, generaliter subsint Episcopis ratione delicti, contractûs, aut rei sitæ? f. 45. VI. Quid de salario causæ agitatæ coram Episcopo? f. 47. VII. An Episcopus in notoriis declarare possit excommunicatum

tum Regularem exemptum? f. 48. VIII. An Regularis exemptus possit coram Episcopo re conveniri? f. 52. IX. An Episcopus habeat potestatem in Regulares, occasione turbatæ vel offensæ jurisdictionis Episcopalis? f. 53. X. An Regulares, aliàs exempti, subjiciantur Episcopis ratione publicorum officiorum? f. 57.

DECAS III.

De aliis Exemptorum subjectionibus: & primò de ordinatione Regularium exemptorum.

CAPUT I. De plerisque immutationibus factis à S. Synodo Tridentina circa materiam exemptionis f. 59. II. Qualis sit hæc jurisdictio delegata: quæ Episcopis attributa fuit à S. C. Trid. & Pontificiis Constitutionibus subsecutis? f. 67. III. De ordinatione Regularium passiva f. 72. IV. An Prælati Religionum exemptarum dispensare possint in interstitiis cum suis Religiosis f. 76. V. An iidem Subditis suis sæcularibus concedere

cedere possint litteras dimissoriales? f. 79. VI. An Religiosi exempti suos dimittere possint ad Episcopum non Diœcesanum? f. 80. VII. Quonam titulo Regulares sint ordinandi? f. 82. VIII. An Episcopus ordinaturus inquirere debeat in mores, ætatem, & scientiam Regularium ordinandorum? f. 84. IX. De Regularium ordinatione activa. f. 92. X. An Abbates habentes facultatem conferendi tonsuram vel minores ordines subditis sibi Regularibus, stante Decreto S. C. Trid. *sess.* 23. *c.* 10. conferre possint tonsuram ac minores ordines personis sæcularibus habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis? f. 95.

DECAS IV.

De subjectione Regularium ob curam animarum & administrationem Sacramentorum.

CAPUT I. Unde oriatur hæc subjectio? f. 103. II. De Regularium exemptorum approbatione activa, f. 106. III. Unde proveniat jurisdictio Regulari-

larium, ad finem ministrandi Pœnitentiæ Sacramentum ? f. 110. IV. An sufficiat sola præsentatio Confessariorum ? f. 115. V. An sinè causa revocari possit approbatio vel licentia Regularis absque examine admissi ? f. 118. VI. An novus Episcopus vocare possit omnes Regulares ad novum examen? f. 119. VII. An approbatio prævio examine semel concessa Regularibus, ab Episcopo sinè causa revocari licitè possit? f. 120. VIII Quibus de causis Episcopus suspendere possit Confessarios Regulares à se approbatos; vel revocare licentiam iis concessam? f. 123. IX. An Episcopus limitare possit licentiam audiendi confessiones, quoad loca, personas, ac tempus? f. 127. X De cura infirmorum tempore Pestis. f. 130.

DECAS V.

De casibus Reservatis

CAP. I. An Episcopus reservare sibi possit aliquos casus? f. 137. II. An expediat reservatio casuum? f. 141. III. Quomodo se gerere debeat Episcopus in absolvendo, vel danda licentia à reservatis? f. 145. IV. De usu Bullæ Cruciatæ, & absolutione indirecta à casibus reservatis f. 148. V. An reservatio casuum extendatur ad peccata ante ejus pro-

promulgationem commissa? f. 157. VI. An pœnitens obligari possit ad detegendum extra confessionem Episcopo peccatum reservatum? f. 157. VII. An superiori liceat audire solùm reservata, & ab iis sacramentaliter absolvere? f. 159. VIII. Vtrum pœnitens, post publicatum Jubileum, sine nova licentia absolvi possit à casibus reservatis? f. 160. IX. Quid dicendum sit de Indulgentiis instar Jubilei concessis? f. 162. X. De casibus Bambergæ & Herbipoli reservatis. f. 163.

DECAS VI.

De subjectione Regularium in celebratione missarum, processionibus, & Verbi DEI prædicatione.

CAP. I. S. C. Trid. Decretum de observandis, & evitandis in celebratione missæ f. 170 II. De Capellis Monachorum. f. 173. III. De expositione publica SS. Eucharistiæ f. 178. IV. De oratoriis privatis. f. 180. V. De celebratione missæ coram Episcopo. f. 186. VI. De prohibitione Episcopali, ne Regulares in Ecclesiis suis, absque licentia Episcopali, Sacerdotes extraneos admittant. f. 190. VII. De processionibus & precibus publicis f. 191. VIII. De controversiis præcedentiæ Regularium. f. 196. IX. Quatenus subjiciantur Episcopis Regulares publicè con-

concionaturi f 198. X. Historia constitutionis *Inscrutabili* cum adjectis ejusdem Declarationibus, & aliis Apostolicis Constitutionibus subsecutis. f 207.

DECAS VII.

De aliis subjectionibus Regularium exemptorum.

CAP I Quænam sint Episcoporum partes in erectionibus novorum conventuum, f. 256, II. De jurisdictione localium Episcoporum in parvis conventibus debito numero destitutis. f. 267 III. De editione librorum, & impressionibus lucrativis. f. 273. IV. De renuntiationibus Novitiorum f 282, V. De reclamationibus nulliter professorum. f. 296. VI De recognitione miraculorum, indulgentiarum, & SS. Reliquiarum f 302. VII. De obligatione Regularium accedendi ad Synodos Diœcesanas f 337: VIII. De Decimis, primitiis, subsidio charitativo, evologiis, cathedratico, & quota funerali. f 351 IX De obligatione Religiosorum reddendi coram Episcopis annuas rationes suorum proventuum f. 383 X. An in manifesto gravamine & damno imminente recurri possit ad Episcopum à Regularibus exempris. f. 386.

DECAS VIII.

De subjectione Regularium habitantium extra

ra monasterium, studentium in Academiis, vagantium, delinquentium, ejectorum, fugitivorum, & Apostatarum.

CAP. I. Discrimen inter Religiosos simul, & Sigillatim habitantes. f. 387. II. De Regularibus studentibus in universitate. f. 390. III. De Religiosis vagantibus sub diverso prætextu f. 392. IV. De Regularibus delinquentibus extra claustra f. 395. V. Novitius post delictum ingressus Religionem, an ab Episcopo sit puniendus f. 400. VI. De ejectis. f. 402. VII. utrum etiam Religiosæ ejici possint ob incorrigibilitatem? f. 409. VIII. De fugitivis. f. 410. IX. De Apostatis f. 412. X. De reductione & castigatione Apostatarum. f. 414.

DECAS IX.

De Regularibus non-exemptis, Eremitis, servis Regularium, Confraternitatibus, & immunitate locali.

CAPUT I. De Religiosis Episcoporum jurisdictioni hodiedum planè subjectis f. 419. II. De partibus Episcoporum in talium, & Regularium etiam exemptorum visitatione f. 429. III. An ostia monasteriorum Episcopo Visitanti clausa perfringi possint? f. 443. IV. De electione, & confirmatione Abbatum, ac Præpositorum f. 445. V. De benedictione Abbatum ac Præpositorum.

f. 470.

f. 470. VI. De Congregationibus Ordinum non-exemptorum. f. 491. VII De Eremitis. f. 497. VIII De exemptione Clericorum, vel sæcularium servientium Religiosis exemptis f 501. IX. De confraternitatibus laicorum in Ecclesiis Regularium f. 502. X De immunitate locali. f 507.

DECAS X.

De Sanctimonialibus, Canonissis, Tertiariis, & Oblatis.

Caput I De distinctione inter monasteria monialium exempta, & non exempta f. 522 II. De iis, quæ concernunt Abbatissam f 525 III. De educandis, seu convictricibus Religiosarum ubi de Vrsulinarum instituto. f 538. IV. De Virginibus velandis f 581 V. De Confessariis ordinariis, & extraordinariis Religiosarum. f. 585. VI. De jurisdictione ordinarii loci in quibusliber monasteriis monialium circa clausuram f 590 VII De Dotibus, præstationibus vitalitiis, & peculio monialium f 570. VIII De monialibus quoad præfixionem numeri, ac bonorum administrationem. f. 578. IX. De Canonissis f 580. X. De Tertiariis oblatis, mulieribus simul commorantibus in conservatoriis, & Iesuitis f. 585.

Diatribe.

De S. C. Concilio Tridentino in univer-

sa Europa, etiam quoad Decreta de moribus, apud Catholicos recepto.

Appendix.

Continens diversa suæ Celsitudinis Decreta in Decadibus Religiosæ Pacis allegata, & alia lectu digna.

Explanatio Chronognostica Figuræ Navium.

HaVD spontehI VenIVnt; Vota IMpLent rIte VoCatI:
QVeIs, sInè tot CVrI s, eXpeDItaLMa qVIes,
PrInCIpIs, VtDent VeLa, opVs est eXa MInePETRI:
QVosInè, LeXhIs est VnICa, VIta DoMI.

Bericht an den Buchbinder.

Die 2. Kupfferblätlein gehören/das mit den Wappen vorne neben dem Titul/die Schiffe aber sollen gesetzt werden gegen das erste Blatt im Bogen A. und zwar in die Länge herunter.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



PAX RELIGIOSA

Sive

De Exemptionibus & Subjectionibus Religiosorum.

DECAS I.

De Exemptione Religiosorum.

Caput I.

De præcipuis duabus differentiis Statûs Ecclesiastici & Religiosi.

7. *Monachi ac Religiosi ab Ecclesiasticis præcipuè differunt per quietem, & n.* 13.
8. *Religiosi fugerunt olim functiones Presbyterales.*
9 *Multis precibus ad eas subeundas induci debuerunt.*
10. *Prima cum Monachis dispensatio quoad aliquorum admissionem ad ordinem Clericalem.*
11. *Non omnes Religiosi ad statum Clericalem idonei reputati fuerunt: ubi de Spiritualibus exercitiis Episcoporum & S. Ignatii in Eremis aut cœnobiis Monachorum.*

12. *Religiones vitam mixtam professæ.*
13. *Præcipua Clericorum & Monachorum differentia*
14. *Altera eorundem diversitas.*
15. *Quàm illubenter olim Regulares exercuerint vitam activam.*

7. PRimam & præcipuam utriusque statûs, Ecclesiastici scil. & Religiosi, differentiam assignavit S. œcumenica Synodus Chalcedonensis, relata c. *Qui verè 12.* XVI. q. 1. jubendo *Monachos amplecti quietem, jejunio ac orationi vacare, neque communicare Ecclesiasticis, neque sæculares attrectare actiones.* Quò se Paschalis II. c. *Pervenit.* 9. & Alexander II. c. *Juxta* 11. XVI. q. 1. SS. Pontifices referunt.

8. In quo discrimine tam firmiter olim à Religiosis perstitum fuit, ut siquis etiam monachus, quod rarum erat, Presbyter fieret, munia tamen Ecclesiastica, teste S. Epiphanio, intra Monasterii fines non exercuerit; & S. Hieronymus epist.

epist. ad Pammachium de semetipso recenseat, ita sibi Presbyterii gradum à Paulino Episcopo Antiocheno collatum fuisse, ut Monachum non auferret, luculenter significans, ei monachismum auferri, qui ad pascendum gregem Dominicum, vel alias functiones Ecclesiasticas & Hierarchicas applicaretur.

9. Hinc vides, si quando cura animarum Religioso, licèt invito, injuncta fuit, illud ex privilegio, speciali deputatione, & dispensativè, propter urgentes necessitates, jubente Civitatis Episcopo, ùt citata Synodus œcumenica loquitur, factum fuisse: adeò ut multi per integras orationes, epistolas, & exhortationes inducendi fuerint à SS. Athanasio, Chrysostomo, Augustino, Gregorio M. &c: ad functiones ejusmodi, sub monasticæ solitudinis ac professionis prætextu non declinandas.

10. Ex primis, quos cum Monachatu dispensâsse constat, sunt Syricius P. c. *Monachos* 29, XVI. q. 1. & Gelasius P. c.

Priscis. 1. distinct. 55. ob causam necessitatis: cùm Monachi priùs cum plebe in Ecclesiis Parochialibus convenire debuissent, proprios iisdem Presbyteros primò Ecclesiasticos; deinde verò Regulares assignatos fuisse, qui missas legerent, patet ex c. *Interdicimus.* 10. XVI. q. 1. *c. in Ecclesiis.* 1. ✠ *de capel. Monachor:* ex S. Gregorio M. qui vix tandem indulsit Victori Episcopo Panormitano, ut pro Monasterio S. Hermæ Regularem Presbyterum pro dicendis in cœnobio missis ordinaret, cujusmodi quidem Monachos in Concilio Anglicano A. C. 967. *Sacerdotes Missales* dictos, & Monachorum ædes sacras in Concilio Agathensi *oratoria*, non *Ecclesias* nuncupatas invenio.

11. Nec est, quòd ex S. Epiphanio Monachos ad ordines sacros passim admissos quis putet: cùm nonnulli Patres, ùt ipsemet S. Epiphanius, & alii ad tempus, meditationis ac recollectionis gratiâ, è publico cœtu in eremos vel alia

loca

loca à strepitu mundi remotiora secesserint, ex quo temporaneo Religiosæ solitudinis incolatu, qualis hodiedum Ecclesiasticis non paucis in usu est, & à Celsitudine sua, cum omnium ædificatione nuper in cœnobio Neostadiensi ad Mœnum ultra dies quinq; susceptus fuit, nemo ritè intulerit, illos verè Monachos ac in eo sensu Religiosos fuisse. Sicut nec ex eo, quòd S. Ignatius *de Lojola* inclytæ Societatis JESU Fundator in monte Serrato à Joanne Cianone Gallo Cœnobita Spiritualibus exercitiis Garziæ de Cisneros, sive, ùt alii legunt, Cisnedo instructus, Albanetæ, in loco quingentis circiter passibus à Cassinensi Monasterio dissito, ex SS. Patrum, maximè S. Benedicti, statutis ac regulis, cum unius vel alterius Monachi Cassinensis ope, Regulam Societatis JESU concinnaverit; & in monte Martyrum extra Parisios Sanctimonialium ord. S. Benedicti cum primis sociis prima vota DEO nuncupaverit,

inferri debet, illum aliquando Benedictinum, aut Religionem Societatis JESU primitus ab Instituto S. Benedicti indistinctam fuisse. Quanquam non diffitear, aliquos monachatu pro via ad statum Presbyteralem aut Clericalem jam tempore S. Hieronymi & S. Gregorii M. usos; ideoque S. Augustinum relatum *c. Legi.* 36. XVI. q. 1. graviter in quosdam invectum fuisse, quòd cum maxima ordinis Clericalis injuria Monachismi fæcem statui tam sublimi destinare præsumpserint, eligendo desertores Monasteriorum ad militiam Clericatûs.

12. Novissimis tandem temporibus S. Mater Ecclesia integras Religiones ad ordines Sacros admisit ex privilegio & gratia particulari; sique nonnullos habilitavit ad prædicandum, excipiendas confessiones fidelium, aliasq; functiones Ecclesiasticas, eas talibus Religionibus per accidens, & ùt subsidiariis Episcoporum ac Parochorum; non in titulum,

tulum, nec velut ex officio exercendas commisit. Ut proinde Regulares, post obtentam licèt exemptionem plenissimam, in his tamen Ordinariorum jurisdictioni subjaceant, non obstante solitâ derogationis Clausulâ privilegiis quorundam Religiosorum insertâ, utpote neutiquam comprehendente c. *volentes.* 1. §. *in eos. de Privil in 6.* qui Paragraphus habet specialem rationem regiminis, administrationis & residentiæ in loco subjecto ordinario; nec continetur sub illa trium casuum, delicti, Contractûs, ac Rei sitæ derogatione: ùt infrà patebit.

13. Cæterùm firmum manet ac ratum causam Clericorum & Monachorum ex eo potissimùm discerni, quòd Clerici ex officio pascant oves, Monachi pascantur c. *Alia.* 6. XVI. q. 1. pulchrè scribente S. Paulino *Clericus in servitutem Ministerii vocatus est; Monachus in Monachi libertatem: ille audivit, ut dicat:* Introibo ad Altare

DEI &c. *& hic ab eodem Propheta didicit dicere*: Singulariter sum ego, donec transeam.

14. Altera differentia, quæ priorem consequitur, in eo consistit, quòd Promotio ad statum Ecclesiasticum sit assumptio DEI nomine facta ab Ecclesia *Act. 13. v. 2. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos*: Professio autem Religiosa sit oblatio voluntaria sui ipsius principaliter intendens salutem propriam, ùt ex tribus votis substantialibus notum est, & ex delegatione solùm alienam, dum ab Ecclesiasticis tempore necessitatis in auxilium accersuntur, eo ferè modo, quo Apostoli *Luc. 5. v. 7. annuerunt sociis existentibus in alia navi, ut venirent & adjuvarent.* Quod cùm probè nossent Regulares antiqui, non ita passim solitudinem pertæsi convolârunt ad functiones Ecclesiasticas peragendas; sed constans eorum sententia fuit apud Cassianum, duo Monachis fugienda

da esse, mulieres sc. ac Episcopos, illas, ne inquinarentur; hos, ne sacris ordinibus initiati è mandris, & Religiosis secessibus ad publicam animarum salutem procurandam evocarentur.

15. Sanè, qui veteres evolvunt Historias, non uno in loco reperiunt, quàm illubenter Religiosi quondam activum vitæ genus susceperint, sacræque solitudinis suæ tam studiosi fuerint, ut vel à Principibus supremis visitandi in cellulis, quemadmodum de S. Henrico Imperatore ad S. Romualdi cellam profecto legitur; vel per epistolas consulendi fuerint, velut S. Antonius Eremita à Constantino M. & S. Hildegardis Monialis à Philippo Comite Flandriæ ac Veromanduorum; quibus si Regulares nostri similes forent, aut saltem non nisi vocati extraneos ob spiritualem duntaxat necessitatem accederent, exoleviſſet utique vetus Parœmia ex c. *Placuit.* 8. XVI. q. 1. desumpta: *Sicut pisces sinè aquâ caret vitâ, ita sinè Monasterio Monachus*

nachus. Sed videamus nunc de eorum exemptione.

Caput II.

Quid ac quotuplex sit, & à quo detur Exemptio?

16. *Descriptio & divisio exemptionis.*
17. *Quis eximat?*

16. EXemptio est liberatio à potestate ordinarii c. *cùm Personæ. 7. de privil. in 6.* & tripliciter concedi solet, vel personæ tantùm; vel rebus tantùm; vel rebus & personis simul: prima *Personalis* dicitur; altera *localis*; tertia *mixta* seu *universalis.* Hæc rursum in *generalem*, & *specificam* dividitur, qua de re infrà *dec. 2. c. 5.* videbimus.

17. Exemptio dari solet, ac potest à Superiore Eximendi, vel ab eo, qui potestatem habet in eundem superiorem, à cujus iurisdictione exemptio quæritur. Hinc cùm olim omnes Religiosi essent sub immediata potestate Episcopi,

pi, horum fuit, illis privilegia vel exemptiones elargiri: quemadmodum in primis exemptionibus contigit. At rarâ illâ indultæ libertatis dulcedine illecti subsequentes, cùm ab Episcopis gratiam similem obtinere non possent, recurrerunt sub prætextibus diversis ad sedem Apostolicam tanquam fontem omnium ejusmodi gratiarum ac privilegiorum.

Caput III.

Quare data fuerit nonnullis exemptio.

18. *Forma regiminis generalis Religiosorum à quibusdam introducta dedit causam exemptioni.*
19. *Alia causa exemptionis.*
20. *Nuperrimus Religiosorum conatus explosus.*
21. *Episcopi quandoque excesserunt.*
22. *Prima exemptiones videntur respexisse temporalia tantùm*
23. *Frivolæ quorundam Regularium querelæ.*
24. *Episcopi, cæteris paribus, hodie non habent, de quo multùm conquerantur.*

18. AUcto fidelium numero, cùm Episcopi magìs intendendum censerentiis, qui medios inter mundi fluctus vitam mille periculis expositam agerent; quàm qui in Eremis, aut cœnobiis toti DEO ac rebus Divinis addicti sub accurato Superiorum Regularium regimine, dependenter tamen ab Episcopis constituebantur: Regulares conniventibus aut non satìs vigilantibus Episcopis, cùm priùs singuli conventus singulariter ac independenter ab aliis gubernati fuissent, sub prætextu conservandæ Disciplinæ, aliam generalis regiminis formam introduxerunt, Episcopis tandem non uno in loco tacitè prorsus excluſis.

19. Primæ tamen exemptioni expressæ nimia Episcoporum in Regulares propensio, seu pia nimis de iisdem præsumprio, locum fecit, prout de S. Germano Parisiensi Episcopo legimus: quo exemplo alii hinc indè tracti, vel speciajibus ergaEpiscopos suos & S. sedem

dem obsequiis simile beneficium promereri; vel suscitatis contra Antistites suos querelis extorquere studuerunt: cujus rei vestigia non obscura cernuntur c. *Conquerente.* 16. ✠. *de off. Judic.* c. *Nimis iniqua.* 16. & c. *Nimis prava.* 17. ✠. *de excess. Prælat.* Clem. *un. eod.* qualia quidem in illo tempore facili nimis aure, non sinè ingenti quandoque Episcoporum præjudicio audita fuerunt.

20. Verùm cùm simili rursum arte nuper, resuscitatam nonnihil ordinariorum potentiam, Regulares deprimere niterentur, porrectis S. Pontifici Gregorio XV. per Eminentissimos Religionum Protectores quadraginta gravaminibus adversùs Episcoporum potestatem in uno folio typis dato congestis: exploratâ Regularium intentione, eosdem repellendos esse decretum fuit: ùt Romæ palàm constat, & Regularis quidam de visu testatur.

21. Tametsi non negem, per Episcopos

pos etiam ſtetiſſe nonnunquam, adeò ut à Conciliis Chalcedonenſi, Lateranenſi, ac aliis monendi fuerint, ne poteſtate ſibi in Monachos competente abuterentur; alii è contrà ſtimulandi, ut ferventiores exiſterent in regendis Congregationibus ſibi ſubjectis.

22. Hoc ultimò ſubjungendum eſt, per primas exemptiones, temporalium diſpoſitionem Epiſcopis ſolummodo videri ſubtractam fuiſſe, curâ publicâ obſervantiæ regularis, cum adminiſtratione ſpiritualium, iisdem relictâ. Qui antiquus Eccleſiæ mos dubium fecit aliquando S. Pontificem, quid dicendum eſſet de liberatione conceſſa Ægerico Abbati S. Martini apud Turonenſes, quòd authoritati Epiſcopali ſubduxerit etiam diſpoſitionem monaſticæ diſciplinæ.

23. At deguſtatâ ſemel à Regularibus neſcio quâ imaginariâ exemptionis dulcedine, protenderunt illico manus ad alia, modò cauſati diſtractiones Inſtitu-

to

to contrarias; modò ordinariorum sævitiem; modò ampliorem authoritatis Pontificiæ dilatationem; modò præclara sua in Romanam sedem & Religionem Catholicam merita &c: quasi verò ordinata à DEO Episcopalis potestas consisteret in atrocitate herili Juribus profanis Imperatoris Antonini obnoxia, per quæ servis adversùs Dominorum sævitiem licet ad Asylum recurrere, ut oblato sui Corporis pretio libertatem adipiscantur; vel S. Pontifici satis consultum non esset per jurisdictionem supremam in Regulares simul ac ipsos Episcopos; vel compensanda fuissent inferiorum merita cum superiorum jactura, sive, ùt Canonistæ loquuntur, discoperiendum unum Altare, quò alterum cooperiretur.

24. Sed quoniam talibus vel consensêre, vel non restitêre confestim Episcopi; imò & Pater filium iniquiùs tractans, eundem emancipare compellitur, nullum Episcopis contra Regularium exem-

exemptionem tanto tempore possessam ordinarium Juris remedium, sed nec tanta, ùt olim, querela nunc supereſt, postquàm à tempore S. C. Tridentini ita rursum attonsa fuit exemptorum licentia, ut in plerisque casibus revixerit primæva authoritas Episcopalis.

Caput IV.

Quæ fuerit mens S. Bernardi de exemptione?

25. *Verba S. Bernardi epist. 41.*

25 GRavia sunt S. Bernardi verba epist. 41. CHRISTUS *dedit vitam, ne perderet obedientiam, quâ ipsi ut careant, totum ferè suum suorumq; victum expendunt. Quid hoc est præsumptionis ô Monachi? sed non propter me, inquis facio; sed quæro Ecclesiæ libertatem. O libertas omni, ut ita dicam, servitute servilior! patienter ab hujusmodi libertate abstineam, quæ me pessimè addicat superbiæ servituti. Plùs timeo*

meo dentes Lupi, quàm virgam Pastoris. Certus sum enim ego Monachus, & Monachorum qualiscunque Abbas, si mei quandoque Pontificis à propriis cervicibus excutere jugum tentavero, quòd Sathanæ mox tyrannidi meipsum subjicio. Quis dabit mihi centum in mei custodiam deputari Pastores? quantò plures sentio mei curam gerere, tantò securior exeo in pascua. Stupenda insania! animarum non cunctor turbas mihi custodiendas colligere; & unum super propriam gravor habere custodem.

Caput V.

De plerorumque Regularium exemptione subsecuta.

26. *Prima exemptionum occasio.*
27. *Secunda earundem concessio.*
28. *Tempore Gregorii I. nulla adhuc fuit universalis exemptio totius cujusdam Religionis.*
29. *Exemptiones coævæ quibusdam ordinibus.*
30. *Artes quorundam Religiosorum.*

31. Quo-

31. *Quomodo sit intelligendum S. C Trid. sess. 25. de Regul. c. 8.*

26. PRima, ùt dixi, Regularium exemptio à quorundam Episcoporum seu ignavia, seu nimia in Regulares fiducia traxit originem: at tempore Conciliorum Nicæni & Chalcedonensis opportunè sublata fuit. In quem sensum etiam propendere videntur verba Adeodati S. Pontificis in præfata exemptione Monasterii S. Martini Turonensis.

27. Altera indulta fuit vel ab Episcopis ipsis, vel ad eorum preces à summo Pontifice, retentis tamen in eosdem juribus diversis, ùt videre est apud S. Gregorium.

28. Tertiò ampliata fuit Religiosorum exemptio in Concilio Romano sub Gregorio I. S. P. ad certos tamen Conventus duntaxat restricta, ùt constat ex Bullis registratis in Bullario Cassinensi, quibus attestantibus diu pòst exemptio apud Theodorum P. pro Monasterio

Bo-

Bobiensi; apud Innocentium III. pro Monasterio S. Pauli de Urbe &c: quæsita, & per Specialia Diplomata concessa fuit.

29. Quartò surrexêre nonnulli, qui dilatatis paulatim fimbriis jurisdictioni Episcopali se plenè subducere nisi sunt: imò nondum nati, splendidiùs se nascituros putârunt, si cum publicæ lucis usura libertatem seu exemptionem à prædicta jurisdictione nanciscerentur.

30. Quintò aliqui per usum frequentem edocti, à Pseudo-Papis quæq; concedi, dummodo crebro ad ipsos recursu qualisqualis eorundem authoritas videretur agnosci: delatis ad Pseudo-Pontifices precibus exemptionem largissimam nacti sunt, à Martino V. deinde in Synodo Constantiensi nonnihil repressi.

31. Alii denique exemptis se aggregare de facto conati sunt, ut originariam subjectionem cum speciosa illa li-

ber-

bertate ab Episcopali custodia permutarent. Verùm & horum Cabala tandem denudata fuit à S. Congregatione rerum Consistorialium A. C. 1648. animadvertente, facultatem se redigendi in Congregationes, seu Capitula congregandi, fuisse tributam à S. C. Tridentino quoad illa tantùm Monasteria, quæ non subsunt Episcopis, nec suos habent ordinarios Visitatores; sed sub immediata S. Sedis Apostolicæ protectione & cura existunt: quin sub ejusmodi prætextu Monasteria non exempta liberare se pro libitu possint ab Episcopali jurisdictione.

Caput VI.

Quomodo probetur & defendatur exemptio?

32. *Ostendi debet privilegium & quasi possessio.*

33. *Quatuor modi defendendi exemptionem.*

32. Cùm ab initio omnes & omnia fuerint sub authoritate localis Episco-

Episcopi c. *omnes basilicæ.* 10. XVI. q. 7. isque proinde fundatam habeat intentionem: asserenti se exemptum incumbit onus probandi: nec sufficit, quòd quis vel in Apostolicam protectionem receptus sit c. *Recepimus.* 8. & c. *Ex parte.* 18. ℣. *de privil.* vel quòd Religiosi habeant Generalem supremum DD. in c. *Pastoralis.* 11. ℣. *de off. ordi.* Sed productione ac inspectione privilegiorum perpetuò ac totaliter eximentium, seu plenam libertatem tribuentium opus est c. *Accepimus* 4. ℣ *de fide instru:* c. *Porrò.* 7. c. *Recepimus.* 8. ℣. *de privil.* c. *cùm personæ.* 7. *eod in* 6. concurrente tamen quasi possessione consistente in quieto exercitio actuum jurisdictionalium ab exemptis gestorum cum scientia & patientia Episcopi: quæ quasi-possessio similiter absque privilegio non prodest exemptis ad obtinendam manutentionem contra Jus primævum Episcoporum, nisi adeò diuturna

sit,

sit, ut faciat præsumi pro Titulo, & loco tituli habeatur.

33. Qui verò ab ordinariorum potestate reverà exempti sunt, duobus modis adversùs eosdem tueri se possunt: I. per declinatoriam, exhibendo integraliter privilegium prudentibus quibusdam viris omni suspicione carentibus, ad hoc per ordinarios deputatis (nisi Privilegium sit omnino notorium ac manifestum) in loco congruo & securo, intra terminum competentem pro facti qualitate arbitrio ordinariorum vel delegatorum suorum moderandum; tradendoque de articulis controversis transumptum. II. opponendo præscriptionem Canonicam, de qua iisdem Ordinariis vel eorum Delegatis faciant fidem. Aut si tandem privilegio simul & præscriptione se munitos affirment: Privilegium quidem ipsum modo superiùs expresso exhibeant, hocque ad probandam plenè libertatem non sufficiente, coram præfatis personis an-

no-

norum 40. præscriptionem, ac possessionem non violentam, non clandestinam, non precariò concessam ostendant. cit. c. *cùm persona.* III. per exceptionem nullitatis sententiæ, si Ordinarii partes interpretandi Privilegium Apostolicum à Regularibus productum assumant. c. *cùm venissent.* 12. ✠ *de judic.* IV. per viam gravaminis contra vim injustam ordinariorum, provocando ad S. Pontificem, præsentando litteras inhibitorias, & similia peragendo, &c.

Caput VII.

An hodie Regularibus exemptio competat de Jure communi?

34. *& negativè.*

34. Dixi Regulares olim de Jure communi fuisse subjectos Episcopis: postquàm verò plerique per Apostolica Privilegia corpori Juris inserta

ta eorum ordinariæ jurisdictioni sub
tracti sunt, dubium oritur, an dicend
sint exempti de Jure communi? Qu
in re, quicquid nonnulli distinguant in
ter Legem Jurisdictionis, ac Legem
Diœcesanam, absolutè negandum vi
detur, cùm inserta sint tantùm corpor
Juris ùt privilegia, non ùt Jus commu
ne; & aliud sit, esse exemptum de Jure,
omnimodè scil: ac absque limitatione,
aliud, esse exemptum de Jure, cum re
strictione nim. ad casus expressos, qua
lis est exemptio Regularium ad privile
gia sua coarctata, quibus hodiedum
quotidie derogatur. c. *Volentes.* 1. d
Privil. in 6.

38.
39.
40.
35.
& R
Maj
cruc
pati
tem
pro
nesi
Cæ
gen
strie
liàs
non
rarò
cùm
cret
sos
con
utin
sit.

Caput VIII.

De commodis & incommodis exemptionum.

35. *Exemptiones Regularium quatenus con ducant S. Pontifici?*
36. *Quatenus ipsismet Religiosis.*
37. *Incommoda exemptionis.*

38. *Pro*

38. *Prosecutio argumenti.*
39. *Exemptio non placuit S Francisco.*
40. *Remedium à S. C. Trid allatum.*

35. EXemptiones Regularib⁹ concessæ prosunt in multis & S. Pontifici, & Religiosis: S. Pontifici, cujus Aulæ Majestatem Prosper Cardinalis sanctacrucius famâ potissimùm & hominum patientiâ niti asseruit, quòd authoritatem suam in partibus ab urbe remotis prominere faciat; & per Regulares beneficio exemptionis ad obsequium sanctæ Sedis, quamdiu cum iisdem indulgentiùs agitur, pertractos facilè ministris Apostolicis ea, quæ Hi forsitan aliàs quantâlibet sagacitate suâ explorare non possunt, detegantur: quamvis non rarò graves intercurrant absurditates, cùm apud Regulares, non semper in secretissimos penetralium recessus admissos, quandoque suspicionibus, levibus conjecturis, fallibilibus novis, atque utinam non subinde affectibus, locus sit. Et hic videtur esse favor ille S. se-

dis Apoſtolicæ, quem Regulares *Clem. Paſtoralis. 2. de re judic.* toties ravim usque ingeminant, quòd ſanct ſedis interſit, multos ſibi proximè ſub jectos habere.

36. Quantum porrò bóni exempti Regularibus ipſis afferre poſſit, liquid patet, dum per eam arcetur injuſta ſa vientium Epiſcoporum oppreſſio; ex emptisque tranquilliùs Divinis vacar licet ſub Religioſa vite; & ordinis un us per ſingula penè loca difformitas im peditur, ſi tamen Generalis acii, qu bus cura viſitandi commiſſa eſt, ri munus ſuum exequantur: & tandem Re ligioſa humilitas, ſub ſingulari Superio re ſubjectis per omnia ſimili, ſaluberri mè conſervatur.

37. Non pauciora ſunt exemptioni incommoda: I. Turbatur in multis E piſcoporum Authoritas. II. augentu ſcandala publica, dum notoria ſæpe de licta non nisi privatim in clauſtris pu niuntur. III. Invaleſcunt æmulatione

peri

periculosæ cum Clero ordinariæ Jurisdictioni subjecto. IV. non-exemptis datur illicium inhiandi similiter ejusmodi libertati, eamque importunis recursibus, mendacibus querelis, vel aliis quibuslibet modis procurandi. V. sæpiùs introducuntur doctrinæ Episcopali potestati, & pastorali animarum directioni contrariæ; utiles verò è contrà penitus supprimuntur. VI. Regulares ipsi subinde petulciunt, factisque intolerabilibus providam Episcoporum curam contemnunt. Certè si de ortu hæresum quærimus, non infima ad easdem occasio fuit Regularium exemptio ab Episcoporum localium potestate.

38. Quod de authoritate & publico bono S. Pontificis dicitur, tanti vix esse quis putet, ut sanctæ sedi perinde non sit, an Regulares per dissitum procul à particularibus locis superiorem Religiosum sibi subditum; an in singulis locis per Episcopum authoritate publicâ & particularibus notitiis pollentẽ, sanctæ-

que sedi non minùs, quàm superiore
Regulares, subjectum regantur. Imò
ùt ingenuè fassus est A. C. 1034. S. Pe
trus Abbas Monasterii Bellvacensis i
Lemovicensi Concilio, quantò subli
mior est Regularium status, tantò sub
jectior ac promptior esse debet ad obe
diendum Episcopis regimini Ecclesiæ
Spiritu S. præfectis: non formidan
idcircò Petro Blesensi scribere ad Alex
andrum III. *Quid est eximere ab Epi
scoporum jurisdictione Abbates, nisi con
tumaciam ac rebellionem præcipere, c
armare filios in Parentes?*

39. Sanè, si Regularibus ipsis fide
habetur, exemptio grata non fuit S
Francisco Seraphici ordinis fundatori
sed opus Fratris Eliæ hominis, carni
prudentiâ, non Spiritu Divino, niten
tis: neque Religiosis ex sola humilitat
ab Episcoporum obedientia recedere li
cet. optimè ajente Butrio ad c. *nisi cùm
pridem*, 10. *n.* 4. ✠. *de renun.* Humili
tatem

tatem, quæ contra obedientiam erigitur, esse superbiam.

40. His & similibus exemptionum effectibus æquâ mente perpensis, resuscitavit S. Tridentina Synodus in plerisque primævam Episcoporum authoritatem, Regularibus hâc consolatione relictâ, quòd eam delegatam quandoque dici voluerit, utut in effectu à jurisdictione ordinaria difficulter possit discerni,

Caput IX.

An Ecclesia vel Religio exempta renunciare possit privilegio exemptionis?

41. *Exempti subjiciuntur quandoque per accidens*

42. *Exempti renuntiare non possunt exemptioni quantum ad se, invito S. Pontifice.*

41. TAmetsi juxta regulam, ob implicatum jus tertii, videl. Superioris exemptorum, exempti neque volentes

lentes subjicere se possint Ordinariæ ju-
risdictioni illius, à cujus potestate ex-
empti sunt c. *cùm venissent.* 2. ✠. *de i*
integr. rest. id tamen de subjectione o-
mnimoda & per se duntaxat, in causis
indifferentibus ac personalibus intelli-
gendum est: secùs ubi per accidens, oc-
casione muneris, vel alia de causa con-
tingit, ut ex consequenti cognitio ve
pœna Religiosi ad talem pertineat. c.
volentes. 1. §. *in eos. de Privil. in 6.*

42. Quod autem aliqui putant, ex-
emptos renuntiare posse privilegio li-
bertatis, quantum ad se; licèt non quo-
ad S. Pontificem: subsistere vix potest,
si conferatur cum c. *significâsti. 18.* ✠.
de foro compe: ubi ne quidem Clericus
sinè proprii Episcopi licentia alieno se
potest subjicere: quia hic actus subje-
ctionis offenderet jus superioris inviti
possidentis illam personæ vel Conven-
tûs subjectionem.

CAPUT

Caput X

Quid ſuadendum ſit Epiſcopis, & Religioſis exemptis?

43. *Iuſta contra Epiſcopos & Eccleſiaſticos antiquos querela.*
44. *Reſpici & obſervari debent privilegia Regularibus conceſſa.*
45. *Exempti viciſſim reverentes eſſe debent.*
46. *Tres modi procurandi ſtabilem Pacem Religioſam.*

43. SI Epiſcopi & Eccleſiaſtici explevisſent aſſiduè munus ſibi injunctum; eodemque per ſe ipſos hodiedum defungerentur: dubitandum non eſt, quin Regulares perſtitiſſent in Religioſa ſolitudine ſua, laudibus Divinis duntaxat intenti; meliusque floreret Eccleſia, nec tot inter Epiſcopos ac Regulares externæ converſationi mortuos audirentur diſſenſiones.

44. At quoniam Epiſcoporum antiquorum indigentia vel negligentia, adaucto fidelium numero, Regulares,

velut Operarios, admisit in partem procurandæ salutis animarum, cui Religiosi hodiedum solerter incumbunt cum ingenti Episcoporum & Ecclesiasticorum, ad quos aliàs id propriè spectat, levamine: æquum est ut observent ac revereantur privilegia illis concessa.

45. Prout è contrà Regulares exemptos omnino decet, ut recordentur sui statûs nativi, secundùm quem æquè ac alii non-exempti subsunt Episcopis, nec nisi per accidentale privilegium & ex gratia S. sedis Apostolicæ, tantilli libertate fruuntur: ut proinde in aliis casibus, quibus eidem S. Sedi visum fuerit moderari præfatas exemptiones, ac tollere illud, per quod hactenus impediebatur exercitium jurisdictionis Episcopalis, non habeant de quo justè conquerantur, eandemque in obsequendo promptitudinem ostendere debeant, quam optant in Episcopis ad relicta cœtibus Religiosis privilegia observanda.

46. Si argumentum à præteritis ad

præ-

præsentia sumere licet, prout non vanè desumi posse opinor: quemadmodum ministerium Chorepiscoporum, multoties licèt ab Ecclesia reprobatum, vel in ordinem redactum, continuò tamen repullulavit, & pristinis functionibus ac factionibus restitutum fuit, patrocinante illi ignaviâ quorundam Episcoporum sollicitudinem Episcopalem omnem in Chorepiscopos rejicientium, donec ipsimet Episcopi à constituendis deinceps Chorepiscopis penitus abstinuerunt, visitatione & curâ Ecclesiasticorum aliis ministris commissâ: ita planè timendum esse videtur, ne simultates inter Ecclesiasticos & Regulares oboriri solitæ non ante tollantur, quàm vel exempti planè rursum subdantur Episcopis, prout in S. Concilio Tridentino sub manibus erat; vel publicæ functiones Ecclesiasticæ denuo solis Ecclesiasticis, ùt olim, committantur; vel denique, quod S. Francisci Salesii prudens consilium & à bonis omnibus summè

mè optandum est, Episcopi in jubendo, Regularium exemptorum; Hi verò in parendo, Episcoporum partes assumant, hoc est, Episcopi non plus jubeant, quàm sibi, si ipsi in Regularium loco existerent, præcipi rationabiliter vellent; nec Religiosi minùs obediant, quàm, si ipsimet in Episcopali gradu ac munere viverent, sibi ac sui similibus obsequendum putarent.

DECAS II.

De subjectione generali Regularium quantumvis exemptorum.

CAPUT I.

De reverentia localibus Episcopis debita à Regularibus exemptis.

47. *Regulares debent Episcopis localibus reverentiam.*

47. QUod L. *Pridem.* 6. C. *de quæstionib.* ab Imperatore Gordiano

no l bertis prohibetur, ne ob antiquæ subjectionis memoriam contra suos quondam Dominos vocem rumpant: id multò magis in Regularibus ab Episcopali jurisdictione quadatenus exemptis jure merito obtinet, ut, non obstante adventitiâ exemptione, quæ subjectionem solummodo jurisdictionalem quoad actum; reverentialem verò nullatenus sustulit, ad exhibendam Episcopo locali reverentiam teneantur, non minùs ac supremi quique Principes c. *Sollicitæ. 6.* ibi: *cùm alii Reges & Principes, Archiepiscopis, & Episcopis suis (sicut debent) reverenter assurgant & c.* ✠. *de major. & obed.*

Caput II.

De præeminentiis Episcoporum Localium in Ecclesiis Regularium exemptorum.

48 *Episcopus localis retinet in Ecclesiis exemptis suæ Diœcesis pristina jura præeminentialia & reverentialia.*

49. *Solvitur ratio dubitandi.*
50. *Quid non liceat ibidem Episcopo locali?*
51. *Regulares exempti non possunt extra Episcopo dare licentiam in Ecclesiis suis exercendi functiones Episcopales.*
52. *Abbates, præsente Episcopo locali, deponunt insignia, nec solemniter benedicunt.*
53. *Episcopi hac in parte debent esse discreti.*

48. CÙm Exemptio, ùt proximè dixi, in nonnullis quidem rebus ordinariæ jurisdictionis Episcopalis exercitium impediat; minimè tamen faciat, ut illa Ecclesia non sit in Diœcesi ac territorio; nec Episcopo locali antiqua jura sua præeminentialia, & reverentialia auferat: licèt Archiepiscopus vel Episcopus in Ecclesia exempta jus visitandi &c: exercere non valeat: adhuc tamen ei pro qualitate casuum, erectio throni, prælatio crucis, delatio pallii, celebratio Pontificalis, facultas habendi sermonem ad Populum, aliæque præeminentiæ, quibus gaudet in reliquis suæ Diœcesis Ecclesiis, Clem. *Archiepiscopo. 2. v. similimodo. de privil.* competunt:

tunt: Dummodo sub eo prætextu, in locis ipsis exemptis, vel circa hoc privilegiatis, nullam aliam jurisdictionem exerceat; nec personis exemptis, vel privilegiatis molestiam inferat vel gravamen, nullumque exemptioni, vel privilegiis eorundem aliud præjudicium generetur, nec Archiepiscopo vel Episcopo jus aliud quomodolibet acquiratur.

49. Ne quis verò Regularis autumet, aliud jus à S. C. Trid. *sess. 6. c. 5.* prohibente, ne quis Episcopus in aliena Diœcesi (cui æquiparatur locus exemptus) Pontificalia exerceat, inductum fuisse: sciendum est, loca exempta quoad jurisdictionem, à qua videl. tantùm eximuntur, censeri extranea, adeò ut Episcopus nec eam, nec Pontificalia cum exercitio jurisdictionis permixta, in exemptis ejusmodi locis exercere, invitis Regularibus, valeat: secùs autem, si Pontificalibus quibusque insigniis tantùm utatur in prædicando, vel missam

sam celebrando, à quorum usu non sunt exempta.

50. Ex dictis sequitur 1. Posse quidem Episcopum in sæpedictis Regularium exemptorum Ecclesiis celebrare pontificaliter; at non idem authoritativè demandare, ut alius coram se Pontificaliter celebret. 2. cum indulgentiarum concessio adjurisdictionem Episcopalem pertineat, eâdem Episcopo non minùs in ejusmodi locis, quàm ministratione sacramenti ordinis aut Chrysmatis, vel collocatione judicialis Cathedræ interdici.

51. Quæri hìc potest, *an Regulares Episcopo extraneo dare possint licentiam ejusmodi functiones exercendi?* & respondetur negativè per textum S. C. Trid. allegatum, nisi Episcopus localis expressè consentiat: qui si Extraneum cum ea civilitate tractare recuset, Religiosi alios ei saltem honores exhibere non prohibentur, per quos à cæteris de clero aut populo distinguatur, E. G.

con-

concedendo ei speciale genuflexorium; dando eidem aspersorium aquæ benedictæ in ingressu Ecclesiæ; collocando eum in loco honorificentiore, quin tamen ibi sit forma Throni seu Baldachini.

52. Illud quoque ad subjectionem reverentialem locali Episcopo debitam pertinet, quòd Abbates ac alii superiores Regulares ad decorem Ecclesiarum suarum gaudentes jure mitræ ac baculi, in propriis Ecclesiis, præsente locali Episcopo, sinè ornatu sedere debeant in loco & sede inferiore; & insignia sua deponant; nec populo solemniter benedicant. Unde in privilegiis addi solet hæc Clausula: *dummodo in benedictione hujusmodi, aliquis Antistes, vel sedis Apostolicæ Legatus præsens non fuerit.*

53. Discretione tamen, quæ noscitur esse Mater virtutum, hìc opus est, ne forsan Episcopus affectatè per quandam speciem animositatis, præter morem consuetum, interveniendo in quibus-

busque functionibus, ejusmodi prærogativarum exercitium continuò impediat: quo casu recurri posset à Prælatis Regularibus exemptis ad S. sedem Apostolicam præcepturam quidem Episcopo, ut ab interventu quandoque consultò desistat; difficulter autem, & vix unquam permissuram, ut eodem interveniente & assistente Episcopo Prælatus Regularis peragat functiones prædictas: quod paucis quibusdam non nisi ex privilegio specialissimo competit, quale Præposito Templi Pacis Romæ à Sixto IV. collatum refert Pennotus.

Caput III.

An Regulares exempti, hodiedum subjiciantur Episcopis in materia fidei, festorum, jejuniorum, & publica saltem observatione interdictorum generalium locorum?

54. Regula generalis,

55. De

55. *De causis fidei.*
56 *De festis Diœcesanis.*
57. *De jejuniis Diœcesanis.*
58. *De publicatione, & observatione Episcopalium Censurarum ac Interdictorum.*

54. IN omnibus rebus generalibus & communibus toti Clero ac Populo, in quibus difformitas gravem confusionem aut scandalum pareret, subjiciuntur ordinariis etiam Regulates quantumlibet exempti: quod quidem aliqui non ad debitum obedientiæ; sed ad jus naturale conformitatem partium cum toto corpore exigens referunt, adeò ut, si Regulares ex dictis legibus aliquam transgrediantur, non obligentur ad pœnas contrafacientibus impositas, sed puniendi sint à proprio Judice pœnam arbitrariam decreturo: Quicquid autem sit: quoad materias fidei, festorum, & cæteras, de quibus hìc quæritur.

55. I. De causis fidei res est clara c. *Ad abolendam. 9 §. fin.* ibi: *si qui verò fuerint, qui à lege diœcesanæ jurisdictionis*

nis

nis exempti soli subjaceant Sedis Apostolicæ potestati: nihilominùs in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant judicium &c: ✠. de Hæreti:

56. II. De festis renovata est obligatio Regularium, etiam exemptorum, in S. C. Trid. *sess. 25. de Regul. c. 12. Dies etiam festi, quos in Diœcesi sua servandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, serventur.* Circa quod Decretum dubitari poterat, an de sola sanctificatione intelligendum sit, ita ut Religiosi ab operibus servilibus cessare, & sacrum audire vel legere teneantur: an verò etiam quoad ritum & officium Divinum? verùm subsecuta deinde Constitutio Gregorii XIII. incipiens: *Pastoralis officii. 30. Decemb. 1573.* omne dubium sustulit, juxta quam ita distinguitur: *Quo die celebratur festivitas Patroni unius Diœcesis, Religiones omnes teneantur eâdem die in suis Ecclesiis intra limites illius Diœcesi*

cæsis existentibus eandem festivitatem celebrare; & in hoc cum Ecclesia matrice se conforment. Quoad alia verò festa diœcesana declaravit S. Congregatio Concilii recitari quidem à Regularibus posse eorum officia, si velint; ad aliud tamen ab Episcopis compelli non posse, quàm ut in concionibus & lectionibus habendis ad populum, Evangeliis & Epistolis, quibus illis diebus utitur Clerus Diœcesanus, se plenè conformẽt.

57. III. Quoad jeiunia generaliter ab Episcopo indicta, plerique consentiunt Religiosos iis saltem adstringi ob scandalum, eoque existente, prout vix ac ne vix quidem abesse potest saltem apud pusillos, sequendum esse illud Apostoli 1. *Cor.* 8. v 13. *si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.*

58. IV. De censuris & interdictis clarè etiam sæpecitatum Concilium *sess. 25. de Regul.* c. 12. loquitur: *Censuræ & inter-*

interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque serventur.

Caput IV.

Quid dicendum de usu publico Calendarii Julianæi?

59 *Ratio dubitandi.*
60. *Y. affirmativè.*

59. Ante resolutionem quæstionis præsentis, memorandum est calendarium Julianæum à Gregorio XIII S. Pontifice A. C. 1582. operâ P. Christophori Clavii Bambergensis correctum quidem, & orbi universo propositum; ob vigentes autem tunc Principum Protestantium simultates non ubique in Imperio Romano receptum fuisse: quod cùm odio Papæ magis, quàm ex allatis an adversa Parte rationibus politicis factum putetur: dubitari hìc potest,

test, an Religiosi in locis, ubi viget etiamnum usus Calendarii Julianæi, compelli possint ab Episcopis, ad conformandum se huic usui? ubi

60. R. affirmativè, cùm in ejusmodi locis, quantum ad Catholicos, Calendarii Gregoriani exclusio non ab iniquo erga supremum Ecclesiæ præsidem affectu profluxerit; sed ob majus bonum cedendum fuerit necessitati; ac proinde Episcopis liceat Regulares compellere, ut locorum ejusmodi morem observent c. *Illa*. 11. *dist.* 12.

Caput V.

An Regulares exempti, generaliter subsint Episcopis ratione delicti, contractûs, aut rei sitæ?

61. *Duæ species exemptionum.*
62. *Intellectus c.* volentes. 1. de privil. in 6.

61. Exemptionis duæ sunt species: una est indefinita ac generalis, dicente

cente Papâ: *Tales eximimus ab ordi*
riorum omnimoda poteſtate. Et hæc
propoſitis tribus caſibus minimè proh
cit ad exemptum Epiſcopali judicio ſul
trahendum c. *Volentes 1. de privil. in*
Altera concedi ſolet à Papa cum expre
ſione ſpecifica commiſſi delicti, con
tractûs initi, aut rei litigioſæ exiſten
tis etiam in loco non exempto, de qu
ob clarum Privilegii tenorem, dubiu
eſſe non poteſt, quin tali exemption
munitos etiam in his caſibus eximat.

62. Quinàm verò Regulares hâc ſi
cundâ exemptione fruantur, ex privile
giis ipſis ac eorum uſu videndum eſt, ni
hil ejusmodi Religionibus vel Regula
ribus præjudicante c, *Volentes.* cit. cùm
de prima ſolùm exemptione dubitar
potuerit, eamque declaraturus in Con
cilio generali Lugdunenſi Innocentiu
IV. ejusdem capituli Author expreſs
proteſtetur velle ſe, libertatem, non
nullis ab Apoſtolica ſede privilegio ex
emptionis indultam, ita obſervari in
tegram

tegram, ut & illam alii non infringant; & ipsi ejus limites non excedant. Quanquam non ignorem, Regulares non nullos privilegiis suis specialiter inseri curâsse clausulam derogatoriam dictæ Constitutionis Innocentii IV. quæ propterea videri posset etiam ad alteram speciem exemptionis extendi.

Caput VI.

Quid de salario causæ agitatæ coram Episcopo?

63. *Regularis exemptus propter continentiam & connexitatem causæ conveniri potest coram Episcopo locali.*

63. Tametsi Regula sit, Reum conveniendum esse coram proprio Judice, qualis non est Episcopus respectu Regularis exempti: fieri tamen quandoque potest, ut propter connexitatem & continentiam causarum Episcopus exemptorum Judex esse possit, quemadmodum in hoc casu, ratione Sala-

Salarii ab Advocato, in causa Regula
rium coram eodem Episcopo agitata
legitimè deserviti: ut ab Episcopo pro
inde, si quod de pacto à Clientibus cum
Advocatis vel procuratoribus inito
vel de Salarii quanto dubium superst
citationes; si verò agnitâ pacti justitiâ
eorundem labores judicialiter taxati
fuerint, monitoria possint decerni. Qui
respexit S. C. Trid. *sess. 7. ref. c. 1. & ses*
14. ref. c. 5:

Caput VII.

An Episcopus in notoriis declarare possit excommunicatum Regularem exemptum?

64. *Quid & Quotuplex sit notorium?*
65. *Regularis exemptus ob factum notorium ab Episcopo denuntiari potest excommunicatus.*
66. *Discrimen inter citationem monitoriam* si sua interesse putaverit; *& arctatoriam*
67. *Denuntiatio principaliter tendit in bonum gregis.*
68. *Differentia inter delictum publicum & notorium.*

64 NOtorium definiri solet, quod nullâ tergiversatione celari potest; estque vel Juris, vel facti: Notorium Juris oritur ex confessione Rei in Judicio, vel ex sententia definitiva c. *quæsitum.* 10. ✠. *de cohab. Cler. & mul.* Notorium facti oritur ex tanta rei offerentis se omnium oculis evidentia, ut nullâ tergiversatione celari, nec aliquo Juris remedio excusari possit. c. *Tua.* 8. *eod.* t. His prænotatis.

65. Si factum Regularis exempti sit notorium, citatione & discussione judiciali non egens; & agatur de excommunicatione lata á Jure; adeoque ordinarii denuntiatio principaliter tendat ad bonum propriorum subditorum, ut morbidam pecudem vitandam agnoscant c. *Pastoralis.* 53. §. *verùm quia.* ✠. *de Appel.* nullum Regularium privilegium, quamvis speciale circa censuras, Episcopum impedit, ne talem excommunicatum declaret, cùm ejusmodi denuntiatio ob delictum notorium, circum-

cum scriptâ citatione judiciali, quæ hi
non requiritur, neutiquam sit actus ju
risdictionis; nec tam Regularem ipsum
respiciat, qui jam antea à communion
cum aliis abstinere tenebatur, quàm
gregem Episcopali curæ commissum.

66. Sicubi verò praxi receptum est
ut nullâ licèt necessitate præmittatur D
nuntiandi citatio, ea non expeditur i
forma judiciali&arctatoria; sed est mo
nitoria,& ex urbanitate quadam,simili
citationi habenti Clausulam, *si sua in
teresse putaverit*, quæ non arctat no
lentem comparere, & in non subditu
fieri potest.

67. Scio incongruam huic loco dic
à quibusdam hanc speciem citationis,
aptæ duntaxat, quoties agitur de re sub
jecta citantis judicio;& cujus etiam non
subditi interesse queat: verùm jam su
prà ostensum est, denuntiationem ten
dere principaliter in gregis subditi bo
num, ut consortium pecudis contagio
sæ devitet, resultante simul in personam
ex-

excommunicati hoc favore, ut videndo se vitari ab aliis, rubore suffusus, ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum faciliùs inclinetur. c. *Piâconsideratione. 1. de except. in 6.*

68. Hinc siquando declaravit S. Congregatio Concilii, Ordinarium non potuisse exercere in Equitem Hierosolymitanum, ob alapam Ecclesiastico publicè inflictam, ullam jurisdictionem, nec excommunicando, nec declarando excommunicatum, quia erat exemptus: de casu simpliciter publico, non de notorio actum fuit, ubi cùm requireretur arctatoria partis citatio, declarationem cum exercitio actûs jurisdictionalis commiscens, liquidò patet, Episcopum exercere non potuisse ullam jurisdictionem in exemptum etiam taliter eum declarando excommunicatum: quod in casu delicti notorii secùs esse, eadem S. Congregatio Concilii *in una Eystettensi 28. Augusti.* 1649. contra celeberrimi Ordinis Teutonici Com-

mendatorem ostendit apud Joannem Baptistam de Luca S. D. N. Auditorem generalem.

Caput VIII.

An Regularis exemptus possit coram Episcopo reconveniri?

69. ℟. *affirmativè.*

69 Resp. affirmativè: nam si persona Ecclesiastica, à foro laici prorsus exempta, sæculares coram eo conveniens, ex communi sententia DD. ad Tit. *de mutuis petit*: reconveniri coram eodem possit: quis de Regularibus exemptis dubitet respectu Episcoporum, à quorum actuali superioritate liberi sunt tantùm per exemptionem accidentalem, ita ut Episcopi retineant in eosdem superioritatem habitualem, frequenter deducibilem ad actum, ob jurisdictionem tam ordinariam, quàm delegatam.

Caput

Caput IX.

An Episcopus habeat potestatem in Regulares, occasione turbatæ vel offensæ jurisdictionis Episcopalis.

70. *Limitatio generalis in materia exemptionis.*
71. *Necessitas hujus* Limitationis.
72. *Res clarè decisa per Gregorium XV. & Clementem*
73. *Facultas puniendi tacitè inest huic delegationi generali.*
74. *Quid liceat Principi sæculari adversus Clericum vel Regularem seditiosum?*

70. IN materia exemptionis Regularium resultat ex dispositione Juris communis limitatio generalis, quam turbata vel offensa jurisdictio palàm importat, nisi obstet omnimoda turbati vel offensi Judicis incapacitas, qualem in Judice Laico respectu Clericorum & Regularium Sacri Canones induxerunt; non item in Episcopis ratione casuum,

in quibus Regulares exempti ſubjicia
tur Ordinariorum jurisdictioni, com
petente iisdem indiſtinctâ poteſtatem
les Religioſos ſuæ poteſtatis turbato
vel offenſores coërcendi, cum revoc
tione omnium quorumcunque privil
giorum, ùt à S. Congregatione Conc
lii 7. *Febr.* 1633. declaratum fuiſſe, Re
gulares ipſi teſtantur.

71. Quod ſanè per quàm neceſſariu
fuit contra turbatores, ac uſurpato
Epiſcopalium jurium, ne forenſibus
exemptis panderetur continuò jan
malè tractandi Epiſcopos, vel piis
rum conatibus jugiter obnitendi.

72. Quamvis igitur in aliis caſib
indifferentibus ſola facultas cognoſce
di cauſas exemptorum, eosque dec
randi pœnâ dignos, Epiſcopis comp
teret; ipſa verò eorundem Reorum pu
tio ſpectaret ad proprios Regulares Pr
latos: ſecùs eſt tamen in caſibus exce
tis, in quibus ablatum eſt accidentale i
pedimentum Epiſcoporum, ita ut di

ſoluti

solutis eatenus exemptionis vinculis, quibus Episcoporum manus constringebantur, jure suo primævo & nativo denuo gaudeant, atque non tantùm ad pœnas corporales ac reales, sed etiam spirituales censurarũ procedere possint, sublato nunc omni dubio per saluberrimas Gregorii XV. & Clementis X. constitutiones.

73. Nec quicquam in contrarium facit, quòd S. C. Tridentinum non exprimat in quibuslibet casibus facultatem Episcoporum contra Regulares procedendi per censuras: quia expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur c. *Ex parte. 2. X. de reser.* constat autem, quòd nulla sit jurisdictio sinè coercitione c. *Ex litteris. 29. X. de off. & pot. Jud. de leg.* Quod si non capiunt Adversarii, hoc saltem *argumento ad hominem* se stringi agnoscant, quòd similiter in multis delegationib⁹ ejusdem S. C. Tridentini exprimatur Clausula: *tanquam sedis Apostolicæ delegatus*: quam

ipsi tamen in aliis delegationibus, ut subticetur, non volunt excludi. Se nec his, nec aliis remonstrationibus o pus est amplius, post supradictas sum morum Pontificum Declarationes.

74. Grave dubium incidens super est, *quantum sæculari Principi advers sùs Clericum aut Regularem seditionis Authorem, vel complicem liceat?* cu facilè respondetur, rem totam, si fier possit, requisitis eorum Prælatis, Ho rumque authoritate expediendam esse quod si verò hic vel meritò suspectus ac negligens; vel in mora periculum fu rit, non tam animo puniendi Reum quàm consulendi Patriæ eamque defen dendi, de naturali ac communi omni um gentium Jure Princeps seu Magistra tus sæcularis talem propriâ manu expel lere poterit, exemplo Salomonis 3. *Reg* 2. *v.* 26. non minùs, atque privato ho mini omni Jure permissum est se adver sùs quemcunque aggressorem injustum tueri, citra periculum incurrendi cen

sura

suras *Bullæ cœnæ*, quæ §. 12. de via jurisdictionis contentiosæ tantùm loquitur; nec tantæ virtutis est, ut jus naturale vel gentium universarum evertat.

Caput X.

An Regulares aliàs exempti subjiciantur Episcopis ratione publicorum officiorum?

75. Specialis cura propter officia publica.
76. Regulares Episcopo reddere debent rationes administrationis Confraternitatum, & executionis Testamentorum

75. Cùm boni publici præprimìs interfit, ut officia publica competenter administrentur, ideoque ipsi etiam milites, quantâvis aliàs exemptione gaudentes, pro functionibus pensitationibusque publicis coram ordinario Judice loci conveniantur *L. un. in prin. C. in quib. caus. milit. an. fori præscript. uti non pos.* æquum omnino fuit, ut idem statueretur de militibus spiritua-

libus matriculis Religionum inscri
ptis.

76. Quam ob causam S. Congre
gatio Concilii declaravit, ab Episcop
posse compelli Regulares, utcunqu
exemptos, ad reddendas administratio
nis rationes; & in culpabiles juxta pra
scriptum S. C. Trid. *sess. 22. c. 8. & 9.* a
nimadverti. Id quod favore Testamen
torum de Regularibus, impetratâ su
perioris licentiâ, injunctum sibi pr
Testatorem ultimæ voluntatis exs
quendæ munus assumentibus si-
militer asseveratur *Clem. un.*
de Testamen.

DECA

DECAS III.

De aliis exemptorum subjectionibus: & primò de Ordinatione Regularium exemptorum.

CAPUT I.

De plerisque immutationibus factis à S. Synodo Tridentina circa materiam exemptionis.

77. *Primigenia Episcoporum potestas in multis relaxata: ùt in approbatione librorum.*
78. *Monachi ab Episcopis compelli possunt ad lectionem S. Scripturæ.*
79. *De Regularibus prædicaturis.*
80. *Regulares delinquentes.*
81. *De beneficiis curatis, commendatis, & Religiosis exercentibus curam animarum.*
82. *Causæ mercedum, & miserabilium personarum.*
83. *Sacerdotes vagi, & missæ extra Ecclesias.*
84. *De Abbatum potestate ordinandi.*
85. *Regulares quilibet ante ordinationes examinandi.*
86. *Episcopus cum Regularibus dispensat in interstitiis.*

87.

87. *De Regularibus audientibus confessiones ſæcularium & Eccleſiaſticorum.*
88. *Religioſus alterius Parochiæ ſponſos conjungens ſuſpenſus.*
89. *Quinam teneantur intereſſe Synodis Diœceſanis?*
90. *De erectione Monaſteriorum.*
91. *Epiſcoporum poteſtas quoad Moniales.*
92. *Congregationes triennales monachorum exemptorum.*
93. *Epiſcoporum cenſuræ & interdicta.*
94. *Epiſcopus decidit controverſias Regularium de præcedentia in proceſſionibus.*
95. *De renuntiationibus & obligationibus Novitiorum.*
96. *De reclamatione.*
97. *De miraculis & reliquiis.*
98. *De quarta funeralium perſolutione.*

97. Cùm in S. œcumenica Synodo Tridentina Patres animadverterent plura exemptionũ incommoda, quibus aliter deinceps occurri non poterat, quàm relaxatâ Epiſcopis primigeniâ poteſtate: initium huic reformationi datum fuit *ſeſ. 4. in Decreto de uſu & editione ſacr. librorũ*, ne liceat Religioſis

sis imprimere, seu imprimi facere libros de rebus sacris sinè approbatione ordinarii, & licentia suorum superiorum.

78. *Sess. 5. de ref. c. 1.* si in lectione S. Scripturæ in monasteriis monachorum instituenda superiores negligentes essent futuri, eorum compulsio localibus Episcopis fuit injuncta.

79. *Sess. 5. c. 2.* Quòd Regulares cujuscunque ordinis etiam in Ecclesiis suorum ordinum prædicaturi, personaliter se cum superiorum suorum licentiâ coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere: in aliis verò Ecclesiis, ultra superiorum suorum licentiam, etiam Episcopi licentiam gratis concedendam habere teneantur &c: & *sess. 24. ref. c. 41:* ne quis Regularis, etiam in Ecclesiis sui ordinis, contradicente Episcopo, prædicare præsumat.

80. *Sess. 6. ref. c. 3. & sess. 25. de Regul.* c. 4. & 14. ut Regularis extra monasterium degens, si deliquerit, ab ordinario loci visitari, puniri, & corrigi valeat:

aut

aut si Regularis intra monasterii cla
stra degens extra ea scandalosè deliqu
rit, negligente punitionem superio
intra tempus ab Episcopo præfigendu
delinquens ab Episcopo puniri poss
Similiter Religiosi in universitatib
extra Conventus habitantes; item rec
dentes à Conventibus suis absque licen
tia superiorum in scriptis obtenta, ord
nariis locorum subjaceant.

81. *Sess. 7. ref. c. 7.* ut beneficia q
rata monasteriis perpetuò unita & a
nexa & *sess. 21. ref. c. 8.* alia qualitercu
que commendata, ab ordinariis loc
rum annuatim visitentur; & *sess. 25.*
Reg. c. 11. personæ Regulares publi
curam exercentes, in iis, quæ ad dictam
sæcularium curam, & sacramentorum
administrationem pertinent, immedia
tè subsint Episcopali jurisdictioni, vi
sitationi, & correctioni.

82. *Sess. 7. ref. c. 14.* ut in causis mer
cedum & miserabilium personarum Re
gulares extra monasterium degentes
loco-

locorum ordinariis ad solvendum possint compelli.

83. *Sess. 22. Decr. de observ. & vitan. in celebr. miss.* Ne Episcopi in Diœcesibus suis vagos & ignotos Sacerdotes; nec in privatis domibus, vel aliàs extra Ecclesias, etiam Regulares exemptos celebrare patiantur.

84. *Sess. 23. c. 10.* Ne Abbates, aliique quantumvis exempti, intra fines alicujus Diœcesis consistentes, cuiquam, qui non sit Regularis sibi subditus, primam tonsuram, aut minores ordines conferant.

85. *Sess. eâd.* c. 12. Ne Regulares cujuscunque gradûs vel ordinis, sinè prævio diligenti examine Episcopi ordinentur.

86. *Eâd. c. 13. & 14.* ut Regulares quoad dispensationem super interstitiis, in obtinendis ordinibus sacris, à judicio & authoritate Episcopi pendeãt: & ne Regularibus, quomodolibet privile-

vilegiatis, eodem die duo ſacri ordi
conferantur.

87. *Eâd. c. 15.* Quòd nullus Reg
laris poſſit audire confeſſiones ſæcu
rium vel Eccleſiaſticorum; neque ad
idoneus reputari, niſi aut Parochiale b
neficium habeat, aut ab Epiſcopis p
examen, vel aliàs, prout iis videbit
idoneus judicetur, & gratis approb
tur.

88. *Seſ. 24. de ref. Matr.* c. 1. ut R
gularis, quoquo privilegio munitus,
terius Parochiæ Sponſos ſinè illor
Parochi licentia matrimonio conj
gens, aut benedicens, ipſo Jure tam
ſuſpenſus maneat, donec ab ordina
ejus Parochi, qui matrimonio interf
debebat, ſeuà quo benedictio ſuſcipi
erat, abſolvatur.

89. *Eâd. de ref. c. 2.* Quòd exemp
non ſubditi Capitulis generalibus, &
lii quicunque parochiales vel alias ſæc
lares Eccleſias habentes Synodis Dio
ceſanis intereſſe teneantur.

9

90. *Sef. 25. de Regul. c. 3.* ne de cætero Monasteria erigantur sinè Episcopi, in cujus Diœcesi erigenda sunt, licentia priùs obtenta.

91. *Sef. 25. de Regul. c. 5.* ut Episcopi specialem clausuræ quarumvis sanctimonialium curam habeant; causas, ob quas vel moniales ad breve tempus egredi, vel personæ extraneæ intra monasterii septa ingredi volunt, approbent; & c 10. Extraordinarium Confessarium iisdem bis vel ter per annum offerant. & c. 17. ante assumptionem habitûs atque professionem, Novitiarum voluntatem explorent.

92. *Eâd. c.* 8. ut Monasteria sub immediata sedis Apostolicæ protectione constituta, nisi infra annum à fine Concilii Tridentini, & deinde quolibet triennio se in congregationes redigant &c. Episcopis in quorum Diœcesibus sita sunt, tanquam sedis Apostolicæ Delegatis subdantur.

93.

93. *Eâd.* c. 12. ut etiam Episcop
rum censuræ & interdicta à Regularib
in eorum Ecclesiis publicentur, atq
serventur: sicut & dies festi, quos E
scopus in diœcesi sua præceperit o
servandos.

94. *Eâd. c.* 13. ut Episcopus contr
versias omnes de præcedentia in proc
sionibus publicis, etiam inter Regula
exemptos, amotâ omni appellation
componat.

95. *Eâd. c.* 16. Ne renuntiationes,
obligationes Novitiorum, etiam c
juramento, valeant, nisi cum licentia
piscopi, vel ejus Vicarii fiant intra d
menses proximos ante professione
nisi post professionem sortiantur ef
ctum. Et ut Regulares ab Episcop
etiam per censuras, compelli possint
restituenda abeuntibus omnia, quæ
erant.

96. *Eâd.* c. 19. Ut reclamaturi, in
quinquennium causas suæ reclamati
nis coram ordinario & superiore s
deducant. 97. M

97. *Sess. 25. de Reliq. & sacr. imag.* Ne cuiquam ullo in loco etiam quomodolibet exempto, liceat ponere insolitam imaginem, nec admittere nova miracula, nec Reliquias novas recipere, nisi recognoscente & approbante Episcopo.

98. *Sess. 25. de ref. c. 13.* ut Regulares teneantur ad quartæ funeralium &c. persolutionem.

Caput II.

Qualis sit hæc Jurisdictio delegata, quæ Episcopis attributa fuit à S. C. Trid & Pontificiis constitutionibus subsecutis?

99. *Consilium Pighini pro sedandis motibus Exemptorum.*

100. *In quo consistat facultas à S. C. Trid. demandata Episcopis, tanquam sedis Apostolicæ delegatis?*

101. *Error Regularium exemptorum*, de Jurisdictione delegata non extendenda.

102. *Discrimen inter delegationem ad universitatem causarum factam Episcopo habenti saltem jurisdictionem habitualem in exemptos; & inter delegationem specialem fa-*

factam personæ merè privatæ.

103. *Reflexio Politica.*

99. DEscribi vix potest, quant exemptorum Regularium m tus, in Congregationibus ante pri Decreti editionem ea de re habit concitaverit facultas compellendi R gulares per opportuna Juris media Ep scopis localibus attributa: quibus te pestivè sedandis alius tunc non supp tiit modus, quàm ille à Sebastiano P ghino Rotæ Rom. Auditore, postm dum S. R. E. Card. tunc præsente sugg stus, ut Episcopis ea facultas deman retur, *tanquam sedis Apostolicæ deleg tis*: cautelâ hac desumptâ ex Innoce tio III, c. *Irrefragabili 13. §. Cæterú* ibi: *tanquam super hoc delegatus à n bis.* ✠ *de off. jud. ord.* id quod, p altercationes nonnullas, tandem c Ecclesiasticorum ac Regularium plausu receptum fuit, & in aliis quoq sessionibus subinde adhibitum ad plu mas difficultates removendas.

10

100. Nec immeritò: ut, dum una ex parte restituebatur Episcopis, hoc est, ipsi Dignitati nunquam morienti, perpetua Jurisdictio, quâ plerumque uti possent in homines aliàs ab Episcopali foro per privilegia S. Sedis exemptos; ex altera nihilominùs præcaveretur abrogatio dictorum privilegiorum saltem in specie: quod quidem facillimè contigit, resuscitatâ in Episcopis, tanquam speciatim ab Apostolica sede delegatis, generali ac perpetuâ in certis quibusdam causis adversùs Regulares quantislibet privilegiis præditos potestate, hoc solùm in Regularium favorem adjecto, ut in causis ejusmodi p ovocandum sit duntaxat ad S. Pontificem; non ad Metropolitanum: ne videl. Religiosi cum disciplinæ regularis præjudicio per tribunalia forensia circumveherentur: quam ob causam olim quoque cautum erat de jure communi, ut eorundem controversiæ absque tela judiciaria summariè pertractarentur: sicut & hodie

die Romæ in S. Congregatione negot
is Regularium præpoſita fieri ſolet, u
ejusmodi cauſæ, ſolâ facti veritate i
ſpectâ, citra ſtrepitum, & quandoq
per extrajudiciales tantùm informati
nes, juxta prudentiæ Regulas potiù
quàm ſecundùm rigores legales, term
nantur.

101. Ex dictis patet I. evidentiſſim
error Regularium nudè procedentiu
cum Regula, *de jurisdictione delega
non extendenda* in illis ſolùm delegat
locum obtinente, qui nullam nec actu
lem, nec habitualem Jurisdictionem h
bent cum perſonis, in quas concedit
Jurisdictio: cùm delegatus tunc hab
atur tanquam homo merè privatus c
tra id, quod delegatio continet. Quo
dici non poteſt de ordinario Epiſcop
loci habente in Regulares intra Dio
ceſin ſuam commorantes jurisdictio
nem habitualem, non obſtante eoru
exemptione, quæ ordinariam poteſt
tem Localis Epiſcopi, veluti membr

ho

hominis naturaliter valida solummodo ligat accidentali vinculo, ac impedit, ne iisdem uti pro libitu possit, ita quidem ut vinculis dissolutis, jure suo primævo & nativo; non autem ex novo & dativo resultante ab illa vinculorum dissolutione, operari dicatur: ùt Illustrissimus Joannes Baptista de Luca *de Regularib.* disc. 8. n. 6. & 7. præclarè observat.

102. Patet II: Discrimen inter *delegationem ad universitatem causarum*, restitutivam antiquæ jurisdictionis, ac remotivam obstaculi exemptionum, latam favorabilemque naturam habentem, nec alio ex capite ita dictam, quàm ut sub nomine Delegationis Apostolicæ majore cum authoritate fiat illud, quod præcipitur, ac magìs timeatur: ùt notat Frances in *Pastor. Regular.* q 20. & inter *Delegationem specialem* factam personæ, quæ in eo causarum genere non habet propriam jurisdictionem habitualem; sed tanquam persona secundùm se merè privata, jurisdictionem

ac-

accidentaliter ſibi tributam metitur commiſſione Delegantis, quæ præ ac ſtrictè juxta verborum limites de attendi DD. ad c. *P.* & *G.* 40. ✠ *off. & pot. Jud. deleg.*

103. Patet III. Quantum ad quiet publicam ſæpiùs conferat ſola titu rum retentio: dum res plurimæ mag cum adipiſcentium fructu obtineri cilè poſſunt, dummodo retineantur tiqua vocabula; vel termini prior non ita palàm contrarii ſubſtituan ſubditis non gravatim id ſubeunti quod cum apparente ſaltem vete privilegiorum aut jurium conſerva ne non pugnare videtur.

Caput III.

De ordinatione Regularium paſſiva.

104. *Eccleſiæ ſolicitudo circa ordinandos, de triplici Epiſcopo ordinandorum.*

105. *Quid hac in re mutatum circa Reg res?*

104. QUantâ olim ſollicitudine in id intẽderit S. Mater Eccleſia, ne quis ordinaretur ab alieno Epiſcopo, niſi de proprii Antiſtitis conſenſu per litteras Dimiſſorias expreſſo, conſtitutiones SS. Pontificum & antiqui Canones paſſim oſtendunt. Præter Epiſcopum verò Beneficii ſeu Eccleſiæ, cui olim quisque tempore primæ tonſuræ incardinatus, ſeu inſcriptus fuit, Epiſcopos Domicilii, & originis etiam hac in parte agnitos fuiſſe probatur exemplo S. Hieronymi, Evagrii, & aliorum. Solemne tamen erat amore pacis & Diſciplinæ, ut Clericum uni Eccleſiæ adſcriptum nemo deinde alius ordinaret, reciperet, vel occultaret, nisi in ordinatione is profeſſus fuiſſet, ſe Epiſcopi ordinantis Eccleſiæ non velle addici, prout S. Hieronymus *epiſt.* 61, à Paulino licèt Antiocheno Preſbyter ordinatus, Clericum nihilominùs Antiochenum ſe negavit, quòd in ordinatione ſua Ejus

Clero se non addicendum protest
fuisset.

105. Variis tamen de causis ab h
usu & Jure recessum fuit: I. Ob hol
lem Provinciæ, in qua ordinati fuer
devastationem *Conc Chalced. c. 20.*
Ob zelum rapientium, accedente
tissimùm indicio quodam voluntatis
vinæ, & proprii Episcopi factum
bantis cessione, ùt de S. Martino l
mus è Pictavienſi Clero ad Episcopa
Turonensem abstracto. III. Obp
sumptam Episcopi proprii voluntat
quemadmodum de Cypri Episcopis
vimus, eos, licèt non sinè tristi eve
libenter sibi hoc mutuò concessisse.
hæc quamdiu rigor ille primus Ecc
asticæ disciplinæ permanserat: quo m
nihil imminuto, triplex illa quidem
piscopi originis, Domicilii, & ben
cii differentia perstitit; Regularibus
men, non extra praxis antiquæ vesti
Episcopus Domicilii solùm, quoad
dines recipiendos, assignatus fuit
Co

Concilio Tridentino *sess. 23. refor. c. 10.* junctâ Gregorii XIII. Constit. *In tanta rerum.* Et declaratione editâ jussu Clementis VIII. verosimiliter ea de causa, quòd, cùm Religiosi Beneficiorum incapaces fiant per Professionem c. *quod Dei. 5.* ☞. *de statu Mona:* ac per eandem sæculo, & proinde loco originis moriantur c. *Placuit.* 8. XVI. q. 1. vaga ordinum recipiendorum licentia haud aliter coërceri posse visa fuerit, indignisque aditus omnis præcludi, quàm si ordinandi tantùm essent in loco habitationis suæ, in quo maximè noti esse supponuntur. Unde tamesi B. Pius V. Constit. *Etsi mendicantium ordo.* fratribus mendicantibus habenas nonnihil laxaverit, visis tamen multis ac magnis incommodis, & scandalis, quibus præfatus Pontifex, si supervixisset, medelam afferre intênderat, Gregorius XIII. cit. constit. *In tanta rerum* illam B. Pii V. ad terminos S. C. Tridentini reduxit.

Caput IV.

An Prælati Religionum exe ptarum dispensare possint in inter stitiis cum Religiosis?

106. *Cur interstitia sint introducta?*
107. *De necessitate & utilitate Ecclesiæ.*
108. *Solus Episcopus in interstitiis dispens*
109. *Discutitur privilegium Iesuitarum à servandis interstitiis, aliisq; Disciplin Clericalem promoventibus eximens.*

106. NE temerè nimis ad sacros dines convolarerur, ordi sunt certa quædam interstitia tem rum, per quæ exercitari possunt fun ones unius ordinis obtenti, priusq ad alium procedatur; relictâ tamen testate Episcopis eadem remitte quoad ordinem subdiaconâtus qui ob utilitatem vel necessitatem Eccl S. C. *Trid. sess. 23. c.* 11. quoad Diaco tum, juxta Episcopi arbitrium *ibid.* quoad Presbytereatum denique, a

junctim ob Ecclesiæ necessitatem ac utilitatem, *c.* 14.

107. Quarum *illa* dicitur apud Canonistas, cùm Ecclesia ministris ejusmodi ordinum indiget, nec alii reperiuntur, qui servatâ interstitiorum intercapedine ordinari possint: *Utilitas* verò, cùm Ecclesia quidem talibus indiget, alii tamen inveniuntur, qui Servatis interstitiis valeant promoveri.

108. Cùm autem Regulares, expræ-dictis ab Episcopo loci, ubi degunt, ordinandi sint: ad eundem dispensatio super interstitiis pertinet, quem Proinde Regulares in dimissoriis suis rogare solent, ut propter utilitatem, ac respectivè necessitatem suarum Ecclesiarum cum ordinandis dispensare dignetur, cui superioris attestationi stare tenetur Episcopus in formando judicio suo, quin sequatur, eum hoc modo processurum sinè causæ cognitione, utpote quæ etiam ex attestatione legitima, qualem S. Congregatio Concilii declaravit hic

esse eam, quæ à superioribus Regulari
bus facta fuerit, potest desumi.

109. Eximunt aliqui Religiosos Sc
cietatis JESU ab hoc rigore certo quo
dam nixos indulto Gregorii XIII. i
jungentis omnibus Episcopis, ut illo
absque ulla functione in susceptis ord
nibus, aut observatione interstitiorum
aut inquisitione de cantu, officiis,
cæremoniis Ecclesiasticis &c. ad Sacro
etiam presbyteratûs ordines, promov
ant: eò quòd nim. nulli Ecclesiæ nul
ve certo loco mancipati sint; sed vel
viatores, omni tempore parati, exp
&antesque diem & horam, quâ vel
extremas orbis regiones, cùm venit
sus, emittantur. Verùm aut exorbita
hoc privilegium à Sixto V. in Bulla c
tra malè promotos revocatum esse vid
tur; vel saltem in pauciſſimis practic
bile, cùm rariſſimi aut propè nulli ul
mum professionis votum, eos ad exp
ditiones prædictas obstringens, an
ord

ordinem Presbyteratûs jam actu susceptum emittant.

Caput V.

An iidem subditis suis sæcularibus concedere possint litteras dimissoriales?

110. *Dimissoria duplicis generis.*
111. *Neutrae subditis suis sæcularibus concedere possunt Superiores Regulares.*

110. S. C. Trid. Regulares in ordine ad suscipiendos ordines Episcopis localibus subjicit quoad examen, de quo infrà, & quoad recognitionem Dimissoriarum, quarum data regulariter Spatium bimestre à die ordinationis supputandum, excedere non debet, inserto iisdem testimonio de ordine præcedente jam suscepto. Ubi tamen *Dimissoriæ* non accipiuntur in proprio sensu, juxta quem dicitur, *ejusdem esse, dare litteras Dimissionis ad suscipiendos ordines, cujus est per se ordinare*: sed ita

duntaxat, quatenus Episcopo Diœc
sano præsentant Regulares sibi subdi
ordinandos; vel à Diœcesano non o
dinaturo pro ea vice, examinatos &
probatos, ad alium Episcopum co
munionem Apostolicæ sedis habent
dimittunt.

III. Minimè tamen id facere possu
cum sæcularibus sibi subjectis S.
Trid. *sess. 23. ref. c. 10.* quorum ordi
tio ad Episcopos Diœcesanos pertin
concedentes autem Dimissorias co
formam Decreti, ab officio & benef
per annum sunt ipso Jure suspensi.

CAPUT VI.

An Religiosi exempti suos d mittere possint ad Episcopum non-Diœcesanum?

112. *Fraudes Regularium contra Diœcesa Episcopos improbatæ.*

113. *Quando liceat Superioribus Religion mittere Religiosos ad alios ordinatores?*

114. *Quid in hac re dicendum de locis nulli*

112. SUperiores exempti de industria differre non possunt concessionem Dimissoriarum in tempus, quo constat Episcopum Diœcesanum certò abfuturum esse, vel alia de causa non ordinaturum S. Congr. Conc. 15. *Maij.* 1596. de Mandato Clementis VIII.

113. Quod si verò Episcopus Diœcesanus vel secretò tantùm ordinet, nullis edictis, prout de Jure oportet c. *Quando. 5. dist. 24.* expositis; vel consueto ordinationis tempore, de quo *tot. tit. de temp. ordin.* absit, ordinationemque nec per se, nec per alium habeat: licet illis concedere dimissorias ad quemcunque alium Episcopum sive in provincia, sive alibi subsistentem, expressâ causâ absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum.

114. Idem cum proportione dicendum est de locis *nullius*, id est, in nulla Diœcesi existentibus cum vero & proprio territorio separato, talium quippe

superiores cùm suos ad viciniorem Epi
scopum, qui dicitur illorum propri
quoad ordinationem, dimittere deb
ant, pari jure censentur.

Caput VII.

Quonam titulo Regulares sin ordinandi?

115. *Pœna ordinati sinè titulo.*
116. *Speciale privilegium Iesuitarum.*
117. *Cautela Episcoporum ordinantium.*

115. Ordinatus sinè titulo benefi
aut mensæ, aut patrimoni
honestam sustentationem Clerical
sufficientis, ipso Jure pœnam suspens
nis ab executione ordinis sinè titulo
scepti c. *Neminem* 1. & c. *Sanctorum*,
dist. 70. à S. C. Trid. *sess.* 21. *c.* 2. inc
vatam incurrit, ùt B. Pius V. in con
tutione *Romanus Pontifex*, contra
dinatos sinè Titulo, magis declarat,
quam proinde incidunt non solùm
vitii, sed etiam nulliter professi cogu
ni

nullitate suæ professionis ordines sacros recipientes; cùm titulo paupertatis, ad quem Regulares ordinari solent, tantùm solemniter ac irrevocabiliter professis uti permissum sit.

116. Ex privilegio tamen Gregorii XIII. Constit. *Ascendente Domino*, Jesuitæ, de licentia Præpositi sui Generalis, ante professionem ejusmodi, ad sacros ordines promoventur, retentione bonorum suorum idcircò iis consultò permissâ: adeò ut, si taliter ordinatos necessariis vivendi mediis destitutos è societate dimitti contingat, à S. Congregatione declaratum sit, Religioni incumbere, ut iisdem de honesto victu, vel redditu quadraginta saltem aureorum annuorum provideat, ne sequatur inconveniens, cui S. C. Trid. & B. Pius V. obviare intendit.

117. Similiter, ne quando alii Religiosi ejecti, vel allegatâ & probatâ nullitate professionis dimissi post obtentos ordines sacros, in opprobrium Cleri

stipem

stipem corrogent, aut Episcopis gra
sint, Clerus Gallicanus in Conve
generali celebrato A. C. 1625. constitu
nullum deinceps Religiosum in Gall
ordinandum esse, cujus provincia, v
domus professionis non antè spopo
derit, se in casum ejectionis vel dimiss
nis ei alimenta daturam. Quod n
video cur à singulis Episcopis etiam
tra Gallias decerni nequeat.

Caput VIII.

An Episcopus ordinaturus i quirere debeat in mores, ætatem, & scientiam Regularium ordinandorum?

118. *Examen ordinandorum tria concern*
119. *Etiam in Religiosorum ordinandor mores est inquirendum.*
120. *A Regularibus fides Baptismalis instr probante est producenda.*
121. *Religiosi, non sinè diligenti examin piscopi, ordinandi.*
122. *Nemo facilè ab examine liberandus.*
123. *Summa examinis ordinandorum in nere.*

12

124. *Pro prima Tonsura.*
125. *Pro minoribus.*
126. *Pro Subdiaconatu.*
127. *Pro Diaconatu & Presbyteratu.*

118. EPiscopis ordinaturis 1. *Tim. 5. v.* 22. districtè præcipitur, ut nemini citò manus imponant, ne communicent peccatis alienis, ordinando indignos; hoc est, ùt explicat S. Leo *in Epist. ad Afric. Episc.* participando eorum defectus præproperam ordinationem subsecutos, tales efficiantur, quales illi, qui non meruerunt ordinari. Quod ne fiat, à Concilio Lateranensi examen ordinandorum ad hæc tria redactum fuit, ut sc. in sacris ordinibus ac ministeriis Ecclesiasticis & ætatis maturitas, & morum gravitas, & scientia litterarum exploretur.

119. Circa mores jam olim c. *Priscis, 1. dist. 55.* si quis etiam de Religioso proposito, & monasterialibus disciplinis eruditus, ad Clericale munus accesserat, ejus vita præteritis acta temporibus diligen-

ligenter perquisita; &, ne quis forte obsoleta hæc putet, A.C. 1524. 7. Julii à supremi Cleri nostri Germanici Antistitibus, laudante Campegio S. Sedis Apostolicæ Legato à latere, in Conventu Ratisbonensi, cui interverant Archiepiscopus Salisburgensis, Episcopus Tridentinus, & Procuratores Episcoporum Bambergensis, Spirensis, Argentinensis, Augustani, Constantiensis, Basileensis, Frisingensis, Brixinensis &c. necessarium visum fuit, ut, qui ordinem suscipiendus est, probetur prius per Episcopum, vel Ejus officialem *etiam religionem professus.* Quod à Augustino quoque observatum legimus c. *Legi.* 36. XVI. q 1. *cum aliquando tiam bonus Monachus vix bonum Cl ricum faciat, si adsit ei sufficiens co nentia, & tamen desit instructio nec saria, aut personæ regularis integrita*

120. De ætate Regularium ordinandorum aliqui volunt ab Episcopo quidem inquirendum esse, ita tamen,

attestationi à superiore Regulari in dimissoriis factæ acquiescere debeat: sed quoniam sinè lege loquuntur, tutius, imò necessariũ est, ut fides Baptismalis insuper in forma probante producatur.

121. Circa scientiã ridenda est simplitas multorum putantium, eam minorem in Regularibus cultui Divino præcisè addictis, quàm in Ecclesiasticis exigi: quasi verò S. C. Tridentinum *sess. 23. c. 4. 11. & 14.* inter hos & illos distingueret; aut Sacerdoti Christiano talentum in ordinatione divinitus acceptum pro libito in terram defodere, gratiasque & facultates ordinum susceptorum in vacuum recipere liceret; aut talis Choralista, vel merus celebrator missarum certus esset, non occursurum sibi casum quempiam necessitatis, in qua volens nolens Sacramentum aliquod ministrare teneatur, quapropter à S. C. Trid. *cit. sess. 23. c. 12.* indiscriminatim decretum fuit, *ut Regulares quoque nec*

in

in minori ætate, nec sine diligenti Episc examine ordinentur.

122. Et hoc adeò notum ac certu est, ut etiam Imperator profanus *Nov 6.* asseruerit, *Religiosos Clericos cum ma ta fieri inquisitione, secundùm divi regulas, oportere.* Quemadmodum rò nullus ordo, ne quidem minor, si examine conferendus S. C. *Trid. sess de refor. c. 5. 7. 11. 12 13. 14.* ita vix ull ab examine subeundo liberandus e doctior quidem, ut submissionis atq modestiæ suæ specimen edat; med criter doctus, ut habilitatem ostend illiteratus, ut à Sanctuario Domini ceatur. Qua in re frons Episcopo durior esse debet, juxta Prophetam *Zech. 3. v. 8.* frontibus Religiosor tantumque habere constantiæ in rejic endis periculosis Regularium quoru dam prætensionibus, quantum hii in pudentiæ ad iniqua contra salutare Synodi Tridentinæ dispositionem, a

qu

que tum veterem, tum modernam Ecclesiæ disciplinam petenda.

123. Summam hujus examinis S. Cyprianus jam olim *epist. 24.* ad *Clerum* comprehendit his verbis: *an congruerent illis omnia, quæ esse debent in his, qui ad Clerum parabuntur?* ubi vides, quemque in materia ordinis suscipiendi probandum esse, an tali ministerio aptus sit; an interstitia servaverit; an impedimentis canonicis careat; an in præhabito gradu se sufficienter exercuerit; an nôrit vim & mysteria ordinis expetiti, ritusque ac cæremonias, quæ ex libro Pontificali adhibentur, & sacrarum vestium significationes &c. de quibus Consule Quintum Provinciale Concilium Mediolanense *Tit. de examinandi ratione.* Ubi ne particularia singulorum ordinum examina prorsus intacta relinquam.

124. De prima Tonsura sic habet Concilium Tridentinum *sess. 23. refor. c. 4. ut primâ Tonsurâ non initientur, qui*

Sa-

Sacramentum Confirmationis non sus-
perint, & fidei rudimenta edocti non fu-
rint; quiq; legere & scribere nesciat
& de quibus probabilis conjectura
sit, eos, non sæcularis judicii fugiendi
sa, sed ut Deo fidelem cultum præstent, h
vitæ genus elegisse. Quod ultimum
pura intentione singulariter etiam no
octava synodus *can.* 5. n
obstat, quòd Religiosi jam priùs in
ceptione statûs Regularis attonsi fu
rint, cùm ea non sit Tonsura Hier
chici ordinis, neque Religiosum è c
ditione laicali transferat ad sublim
tem Clericalem.

125. *Minores ordines iis, qui sa*
latinam linguam intelligunt, confer
tur; eamq; hinc ad altiores gradus,
sacratissima mysteria sit ingressus, n
iis initietur, quem non scientiæ spes m
ribus ordinibus dignum ostendat S.
Trid. *sess.* 23. *refor.* c 11.

126. Subdiaconatu eadem sancta
nodus *sess. cit. c.* 13. eos duntaxat initi

dec

decernit, *qui sperent, DEO Auctore, se continere posse; & in minoribus ordinibus jam probati, & litteris, ac iis, quæ ad hunc ordinem exercendum pertinent, instructi sint.* Unde cùm Regulares continentiæ votum emiserint, castitatisque suæ experimentum à non brevi tempore dederint, examinabuntur potissimùm circa doctrinam Sacramentorum, concupitique ordinis obligationem.

127. Pro Diaconatu obtinendo prædicta multò excellentiùs, ac insuper aliqua concionandi, doctrinæque moralis peritia requiruntur. Ultra quam notitiam, aspirantibus ad Sacerdotium denique opus est, ut sciant, quid sit Missæ sacrificium, & quænam ad validam ac licitam ejus oblationem exigantur; quomodo ministranda sint Sacramenta in hominum salutem dispensationi Presbyterali a Christo commissa; quomodo ritè ac fructuosè fungendum sit munere prædicandi verbi divini? &c. Explosâ opinione eorum, qui, ni ìvel de

con-

conceptibus metaphysicis, vel de
finè quorum notitia tamen obtineri
cer aliquis ordo potest ac debet, o
nandos interrogaverint, aut famam
doctrinæ periclitari existimant; aut
plicationem ad non-necessaria ejus
di studia deinceps futuram desperan

Caput IX.

De Regularium ordinatione activa.

128 *Iam circa tempora S. Galli quidam bates contulerunt primam tonsuram.*

129. *Quid hac de re statutum fuerit in do VII.*

130. *Plerique Abbates Germaniæ Religios hodie conferunt primam tonsuram minores.*

131. *In quo consistat Benedictio Abbatu*

128. QUanquam olim Monachi instituto suo tantùm Laici erint, multoque minùs alios per C calis Tonsuræ collationem ad sta Ecclesiasticum cooptare potuerint

ut ipsis etiam Ostiariis cesserint: Postquàm tamen ad vitam Clericalem admissi fuerunt, mox amplioribus inhiantes, alicubi etiam ad initiationem activam statûs Clericalis habilitatos fuisse, deprehendimus apud Gregorium Turonensem *in vitis Patrum c.* 6. de Patruo suo S. Gallo Episcopo Arvernensi narrantem, quòd hunc Abbas Monasterii Cremonensis adhuc Puerum Clericum fecerit.

129. Quâ facultate non contenti Abbates obtinuerunt in Synodo VII. ut, si charactere sacerdotali insignes, & juxta consuetum Ecclesiæ ritum ab Episcopo benedicti essent, Filios cœnobiorum suorum etiam ad minores ordines possent evehere: quo privilegio hodiedum utuntur complures Abbates. Imò Abbas Cistercii, aliique primi quatuor Coabbates videl. Clarevallensis, Pontiniacensis, Morimundi, ac Firmitatis, ab Innocentio VIII. facultatem Religiosis Monasteriorum suorum con-

conferendi Subdiaconatum sibi
cessam esse prætendunt privilegio
ciali, quod Victoria *in relectionibus*
à se visum esse testatur: quanquam
lius veritatem solidè complures im
gnent; dudumque saltem ab usu re
sisse compertum sit.

130. Hodie plerique Abbates
mani duplici illâ conditione a sep
Concilio generali requisitâ consp
Religiosis suorum conventuum,
contradicente S. C. Trid. *sess. 22. c.*
10. primam Tonsuram, & quatuor
nores ordines conferunt: neque
Tonsura cuiquam est dubium, ex
Innocentius III. c. *cùm contingat*,
de at. & qual. universaliter decl
vit, juxta Synodum VII. ab unoquo
Abbate suis Religiosis in proprio
nasterio, dummodo illi ab Episcopo
cundùm morem præficiendorum
batum, manûs impositio facta nosca
& constet eum esse Sacerdotem,
primam Tonsuram, juxta formam
cl

clesiæ datam, conferri ordinem Clericalem. Pro *quatuor minoribus* Glossa pluribus in locis privilegium speciale requirit.

131. DIXI: *manûs impositio*: in qua nulla actio consecrativa cum interventu S. Chrysmatis; sed tantùm forma quædam precationis adhibetur c. *manus*. 74. I. q. 1. ad hoc, ut Abbati conferatur exercitium eorum, quæ sunt veluti actus ordinis, nec non insignium Pontificalium. Unde, si quis Abbas renuntiaret suo gradui & dignitati, non amplius validè conferret quicquam eorum, cùm destitutus esset charactere, & Abbas esse desiisset.

Caput X.

An Abbates habentes facultatem conferendi Tonsuram, vel minores ordines subditis sibi Regularibus, stante Decreto *S. C. Trid.* sess. 23. c. 10. conferre possint Tonsuram ac minores ordines

dines personis sæcularibus habe
tibus litteras Dimissorias à suis
Ordinariis?

132. *Sententia Rotæ negativa.*

133. *Quamvis S. Congregationi Co
quandoq; aliud visum fuerit, hodiu
eadem stat pro negativa.*

134. *Ratio à priori: cum dubia qu
conciliatione diversarum declaratio
annexa.*

132. VErba Concilii Tridentini habent: *Abbatibus, ac quibuscunq;, quantumvis exempti liceat in posterum intra fines aliujus cœcesis consistentibus, etiamsi nullius cesis, vel exempti esse dicantur, cuiq; qui Regularis subditus sibi non sit, suram vel minores ordines con* Super quibus cùm de jussu Clem VIII. Cardinalis Seraphinus *die* 27. *Aprilis* 1592. proposuisset in dubium initio hujus capitis relatu maturè discussâ, Domini iverunt in tentiam negativam, hac potissimùm

tione permoti, quòd, sicut ex Regula: *Nemo dat, quod non habet*: Papa non ordinato dare non potest licentiam conferendi ordines sacros c. *Quando 4.* ✠. *de consuetud.* ita nec Episcopus per dimissorias suas dare possit facultatem ei, qui caret illâ facultate ex dispositione S. Conc. Tridentini, nisi absurditate carere dicatur, quòd licentia inferioris tollat inhabilitatem proveni ntem ex Lege superioris c. *Inferior. 4. dist. 21* c. *cùm inferior 16.* ✠ *. de major. & obed.*

133. Quamvis autem S. Congregationi Concilii super *c. 5 sess. 6.* visum fuerit contrarium in Casu Bononiensi, eidemque Declarationi etiam postea in causa Abbatis S. Mariæ de succursu Ordinis montis oliveti inhæserit: novissimè tamen emanavit ab eadem S. Congregatione Concilii infrascripta Declaratio, quæ originaliter extat in libro Memorialium *pag.* 407. videlicet:

In causa Cathanensi Juris conferendi ordines minores inter Episcopum Ca-

thanien sem ex una, & Monachos
nis S. Benedicti Congregationis Cassi
sis, ac alios, ex altera, die 23. Novem
1641. S. Congregatio, &c: utrâque
te informante ore, & scriptis, acra
nibus hinc indè deductis maturè exa
natis, inhærendo decisioni Rotæ Rom
sub die 27. Aprilis 1592. coram bon.
Cardinali Seraphino de ordine fel. re
Clementis VIII. factæ, nec non dec
tionibus ejusdem S. Congregationis
decisioni conformibus subsecutis, cu
improbatâ opinione contrariâ, Abb
Regulares benedictos ejusdem Cong
tionis Cassinensis, seu alterius Cong
tionis vel ordinis, aut instituti hab
etiam jura Episcopalia, seu quasi Ep
palia, Usumq; Mitræ, baculi, & bu
cendi, ac facultatem primam tonsur
& minores ordines conferendi, non
dictam primam tonsuram, nec alios
nes minores, nisi suis subditis Regul
bus conferre; non autem Regularibu
terius Congregationis, Ordinis, vel
sun

stituti, etiamsi habeant litteras dimissorias suorum Superiorum, & consensum Ordinariorum, intra quorum diœcesum fines ipsi Regulares ordinandi existant: & multò minùs personis secularibus etiam habentibus litteras dimissorias à suis ordinariis. Ac propterea inhibuit Archiepiscopis, Episcopis, & aliis prælatis inferioribus, ut in futurum concedere non audeant supradictas litteras dimissorias hujusmodi Abbatibus directas, nec ab istis recipi. Quod si secus fiat, tam concedentes, quàm ordinantes à collatione Ordinum suspensi remaneant, præter alias pœnas arbitrio ejusdem Congregationis reservatas.

Et iterum propositis dubiis, an Abbates Regulares benedicti habentes jura quasi Episcopalia primam tonsuram, aut minores Ordines possint conferre secularibus Clericis, Episcopi jurisdictioni subjectis, si modò ipsius Episcopi consensus accedat: itidem an prædicti Abbates possint Regularibus alterius ordinis, qui

litteras dimissoriales suorum superior Regularium, & consensum Episcopi habuerint, possint prædictam tonsur & minores Ordines conferre.

Die decimâ Maji 1658. S. Congre tio Concilii ad utrumque dubium resp dit, non posse.

134. Ratio à priori est, quòd Abb tibus dicta potestas completa non ex privilegio competat, persona tantùm in privilegio expressas respi ac dempto privilegio non sit ma quàm cæterorum simplicium Pra rum, quos certum est, accedente consensu Episcopi, validè ordinare posse. Secùs est de Episcopis, q cultatem ordinandi habent ab ina bili charactere suo, & potestate ord Episcopalis. Cùm igitur privileg Abbatum, quo solo potestas eorum perficitur, ultra Religiosos suæ Conventuum haud protendatur: est recedendum à sententia negativa sì cum Passerino ad c. *Abbates. 3.*

vil. in 6. n. 7. dicatur, ùt Is quidem in Codicibus suis manuscriptis continentibus decisiones præfatæ S. Congregationis annotatum afferit, quòd S. Congatio distinguat inter *Dimissoria generales, & speciales* per quas in specie datur licentia ab Episcopo, ut suus subditus ordinari possit ab aliquo Abbate, & decernat, non sufficere quidem Dimissorias generales; sed requiri speciales, prout decisum in hoc sensu fuisse videtur ab eadem S. Congregatione in cit. *Bononien si* circa quod tamen præstaret consuli S. Congregationem; sic & super eo, quod apud Nicolium in *lucubr. ur. Jur.* ad Tit. *de ætat. & qual. n. 2.* quantum ad nullitatem ordinationis factæ in casibus prohibitis, à S. Congregatione 26. *Junii* 1655. legitur declaratum fuisse: *Sic ordinatos ab hujusmodi Abbatibus, non esse iterum ordinandos; sed tantùm à Sanctissimo rehabilitationem obtinendam*: fortè, ratione scandali, cùm subordinatio & connexio

xio Ecclesiasticorum ordinũ non sit
cessaria, seu essentialis, sed ab Eccles
stico Jure tantùm descendat. Quanqu
Barbosa, Novarinus, & alii è diverso
legent declarationem S. Congrega
nis Concilii 8. *Maji* 1627. editam,
dicitur, *si Abbas cessante privilegio,*
quem tonsuraverit, talem de novo to
randum venire. Adeò ut P. Don
post S. C. Tridentinum Abbatibus
deat, ut nova & valida privilegia
procurent à S sede Apostolica, pro
gularibus & aliis sibi non-subditis,
præterita maneant omnino exti

Ubi vides quàm intricata sit h
materia *capite præsente*
discussa.

DE

DECAS IV.

De subjectione Regularium ob curam animarum & administrationem Sacramentorum.

CAPUT I.

Unde oriatur hæc subjectio.

135. *Apostolorum amplissima potestas fusè deducta.*

136. *Episcopi non successerunt Apostolis in extraordinaria potestate.*

137. *De quasi contractu Regularium & Episcoporum.*

135. QUanquam SS. Apostolis à CHRISTO in orbem universum dimissis, specialique Divinæ gratiæ præsidio in sanctitate vitæ ac dogmatibus fidei confirmatis auctoritas ubique prædicandi, scribendi libros canonicos, fundandi & regendi in qualibet mundi parte Ecclesias &c: concessa fuerit, sic exigente primo ac brevissimo re-

rerum illius temporis ſtatu, ut, qui
tum orbem, in errorum tenebri
centem, ad veritatis lucem perduc
dum ſuſceperant; nec inter gentes in
mitas ac Chriſtianismi prorſus expe
ullam penè habebant occaſionem c
S. Petro, tanquam ſupremo in te
Præſide, ac Generali CHRISTI V
rio conferendi, obtinerent facultat
indiſcriminatim fungendi Apoſtol
munere, ac omnia & ſingula ubilibe
ciendi, citra erroris aut confuſi
dogmatum ſacrorum, in quibus fue
corroborati periculũ, quæ introduc
ni ac propagationi Orthodoxæ fidei
dicarent opportuna.

136. Aliud tamen ordinatum fu
CHRISTO de ſubſecutis Epiſcopi
Spiritu S. poſitis regere Eccleſiam D
aucto fidelium numero, inter quos
ſchismata ac divulſiones ſubortas, i
met Apoſtoli tum adhuc viventes
uno ſummo Capite, diviſionem De
ceſum à CHRISTO conſtitutam p
ejus

ejusmodi casibus, in praxin ac usum re-
degerunt, quin Episcopi singulis distri-
ctibus deputati, in generalissima illa &
extraordinaria potestate successerint A-
postolis per specialissimam DEI grati-
am de perpetua in rebus fidei unitate se-
curis.

137. Sed quoniam Regulares vel ob
excrescentem fidelium cœtum, vel ob
intepescentem Ecclesiasticorum fervo-
rem, vel per importunam fimbriarum
suarum dilatationem, in partem admini-
strandæ salutis animarum admitti contigit, hoc non ita cœcè nec indifferenter omnino factum fuit, quin Episcopo loci, tanquam supremo Vineæ sibi commissæ Præfecto, per quendam implicitum quasi contractum, suscipiendo in Ejusdem vinea munus operariorum, se obligaverint ad parendum eidem in omnibus functiones ejusmodi respicientibus, adeò quidem ut à culturæ Domino eatenus dirigi debeant, ad confusiones quaslibet evitandas.

Caput II.

De Regularium exemptorū approbatione activa.

138. *Potestas ordinis, & Potestas jurisdi-nis.*

139. *Decretum Concilii Tridentini de ap-batione Episcopali; & aliud Vrbani VI*

140. *In quo consistat approbatio.*

141. *Ius speciale Parochorum: & quo-horum nomine comprehendantur.*

138. QUamvis potestas remitt retinendique peccata, Sa dotibus per ordinationem tribui so quæ idcircò *potestas ordinis* dicitur, in quibuslibet Sacerdotibus rite o natis æqualiter se, ex institutione C sti *Ioan. 20. v. 23.* ad remittenda qua fidelium peccata extendit: perfectio tamen ac determinatione ejus, per *probationem* ac collationem *potest jurisdictionis*, insuper opus est, ut tum exeat. Quod Christus etiam o servavit in SS. Apostolis, quibus, ut pos

potestatem ordinis in cœnaculo datam per insufflationem S. C. *Trid. sess. 14. c. 1.* jurisdictionem insuper contulit, inquiens: *sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Ioan. 20. v. 21.* cum prænotato tamen discrimine, quòd allegatis de causis missio & jurisdictio SS. Apostolorum generalissima fuerit; in reliquis verò Sacerdotibus ac Episcopis, ad conservandam ordinis Ecclesiastici symmetriam, certis districtuum limitibus coarctetur, præterquàm in mortis articulo, ubi, favore salutis animarum, nec locus, nec tempus, nec censura, nec reservatio impedit, quò minùs decedentibus aliàs bene dispositis à quolibet Sacerdote Sacramentalis absolutionis beneficium impendatur. *S. C. Trid. sess. 24. Refor. c. 7.*

139. De approbatione sic statuit S. C. Tridentinum *sess. 23. refor. c. 15. nullum etiam Regularem posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochia-*

chiale beneficium habeat, aut ab Epi-
pis per examen, si illis videbitur esse
cessarium, aut aliàs idoneus judicet
& approbationem, quæ gratis detur,
tineat: privilegiis, & consuetudini-
cunque, etiam immemorabili, non
stantibus. Adeò ut ab illo tempo-
nullatenus potuerint, extra mortis
riculum, confessiones Sacramen-
prædictorum excipere, nisi appro-
tione Episcopi Localis obtentâ: pr
societatem JESU, cujus Confess
itinerantibus, semel ab Episcopo
dam admissis, & à Prælato suo ad i
putatis, ex concessione Gregorii X
licuisse aliquamdiu dicitur, curatis
repugnantibus, administrare Sacra
tum Pœnitentiæ iis etiam in locis,
quos Episcopi approbantis juris
se non extenderet; & hoc usque ad
pora Urbani VIII. qui Constitutio
suâ *Cùm sicut accepimus*, exorbita
bus ejusmodi privilegiis hinc inde
ctatis imposuit fibulam, expresse

cernens, omnia & singula hujus naturæ indulta, quibusvis, quandocúq;, & qualitercunque concessa, viribus ac effectu vacua esse & fore, nec quenquam in posterum uti posse tam amplis indultis.

140. Arbitrantur nonnulli, Approbationem esse judicium, quo Episcopus externè declarat, sacerdotem esse idoneum hujus Sacramenti ministrum: at S. C. Tridentinum *l. cit.* actum judicii, per verba; *idoneus judicetur, & approbationem* &c. ab approbatione luculẽter distinguit: ut hæc proinde referenda sit potiùs ad actum voluntatis regulatæ à judicio rectæ rationis, quo actu Episcopus Regularibus per examen vel aliàs repertis idoneis Pœnitentes suæ jurisdictioni commissos vel per electionem voluntariam subditos subjicit atque licentiam eosdem sacramentaliter absolvendi concedit.

141. Quod autem de parochiali beneficio dicitur, sic intelligendum est, quòd, cùm Parochi per severius examen

ad

ad regimen animarum admissi
quamdiu Parochiale beneficium
obtinent, titulo curæ pastoralis id
reputentur, qui in quacunque ali
rochia, etiam extra Diœcesim (ni
ticularia statuta Diœcesana alicub
cùs disponant) annuente Parochó
excipere confessiones & sacramen
ter absolvere possint. Ubi tame
verte, sub nomine Parochorum hi
nimè comprehendi superiores Re
rium, qui non minùs ac reliqui R
lares obnoxii sunt examini & app
tio ni Episcopali.

Caput III.

Unde proveniat jurisdictio l
gularium, ad finem ministran
Pœnitentiæ Sacramentum?

142. *Iurisdictio ordinaria & delegata.*
143. *Iurisdictio distinguitur ab approbat*
144. *Regulares exempti habent jurisdictio*
quoad sæculares & Ecclesiasticos ab Ep
pis.

143. *Quâ authoritate hodie forenses absolvantur?*

146. *De peccatorum venialium remissione. Vbi sub finem datur aliquid Theologis Regularibus exemptis.*

142. AD valorem absolutionis, præter approbationem Episcopalem, requiritur etiam in Confessario tanquam Judice jurisdictio S. C. Trid. *Sess. 14. ref. c. 7.* seu ordinaria, seu delegata: Ordinaria competit Pastoribus Ordinariis titulo beneficii, vel Prælaturæ Religiosæ, cujusmodi Pastores sunt S. Pontifex respectu omnium fidelium; Episcopi respectu suorum Diœcesanorum; curati & superiores Regulares respectu suorum subditorum. Delegata obtinetur ex commissione illius, qui ordinariam habet jurisdictionem.

143. Tametsi verò potestas jurisdictionis sinè approbatione subsistere nequeat: distinguitur tamen ab hac, tanquam à prævia dispositione, juxta cujus modum mox ipsa consequitur. Dubitari

tari tantùm hìc ſolet, à quo Regu
exempti Jurisdictionem reſpectuE
ſiaſticorum & ſæcul rium in Di
commorantium obtineant: putam
nonnulli, eam non dari ab Epiſcop
probante; ſed poſitâ approbatio
piſcopi Localis, ſtatim intelligi co
ſam à S. Pontifice *Clem. dudum.*
pultur. Maximè cùm Regulares
approbati ſacramentaliter abſol
poſſint non tantùm Epiſcopi ſubd
ſed etiam forenſes ad ſe acceden
quod infallibile ſignum eſſe exiſti
jurisdictionis à poteſtate ſublim
conceſſæ.

144. Sed quàm graviter hi Doct
hallucinentur, patet 1. ex eo, quòd
mentina *Dudum* quoad hanc pa
abrogata fuerit, ad plurimas fraude
diſſenſiones Epiſcoporum & Regul
um evitandas. Deinde, licet Epi
pis per Epichejam, majorem facultat
tribuere uni Confeſſario, etiam Re
lari, quàm alteri. Tertiò ipſa reſer

tio
ta, q
dicti
pecc
dit,
exem
revo
valic
cùm
audi
ſolva
qui
orun
Con
cèt
&u
Sacr
D I
ne
Con
Clau
riis
buat

tio casuum ab Episcopis fieri soli-
ta, quæ est subtractio seu negatio juris-
dictionis in ordine ad certa quædam
peccata, ùt infrà videbitur, satìs osten-
dit, jurisdictionem etiam Regularibus
exemptis ab eo concedi, qui eandem
revocat, limitat, subtrahit, restringit.

145. Nec obstat, quod delicita &
valida absolutione forensium dicitur:
cùm etiam à Sacerdote Ecclesiastico
audiantur hodie Advenæ, valideque ab-
solvantur, ex electione peregrinantium,
qui de licentia saltem interpretativa su-
orum Episcoporum habent electionem
Confessarii aliàs approbati, in quem, li-
cèt Episcopo confitentis non subje-
ctum, posità peregrinantis electione,
Sacramentalis jurisdictio prorogatur.
DIXI: *aliàs approbati*: cùm
ne quidem S. Pontifex electionem
Confessarii concedere soleat sinè
Clausula: *ex approbatis ab Ordina-
riis locorum*; & simplex electio non tri-
buat approbationem prærequirentem

ex

ex S. C. Trid. judicium Episcopi prob
pacitate Sacerdotis pro excip licet,
Confessionibus exponendi. sider

146. Et hoc adeò verum est, eo m
am pro remissione sacramentali nihil
lium, quæ est actus judicialis, app in on
tio Episcopalis & jurisdictio requ pisco
Quanquam enim venialia pluribu
dis etiam extra Sacramentum toll
sint, ita ut S. Augustinus *in Ench*
71. & *Ser. 41. de* SS. orationi Do
cæ, frequentibus jejuniis, largi
eleemosynis, & remissioni injur 147.
redemptionem seu liberationem
dem adscribat: si tamen subjiciantu
bunali Pœnitentiæ, natura Judic
nimè patitur, ut homo jurisdictio
potestate judicandi destitutus Pœn
tem in forma judiciali absolvat, S
tamen, ut Religiosi plerumque so
& ego nuper in Sabbatho sancto e
tus fui, acriter contendat, jurisdi
nem Regularibus exemptis confe
S. sede Apostolica juxta mensura

probationis Episcopalis, sentiat, per me licet, ùt lubet: dummodo probè consideret, nihil in effectu per jurisdictionē eo modo collatam decedere Episcopis; nihil accedere Religiosis exemptis, cùm in omnibus hìc pro regula sit voluntas Episcopi approbantis.

Caput IV.

An sufficiat sola præsentatio Confessariorum.

147. *Historia variationis privilegiorum usq; ad statum præsentem, in quo non sufficit sola præsentatio.*

148. *Quod requiritur per modum formæ, non potest per æquipollens adimpleri.*

147. VAria Religiosis olim concessa fuerê privilegia in ordine ad audiendas sæcularium confessiones: quorum primum circa A. C. 1260. videtur indultum fuisse ab Alexandro IV. Confirmatumque ab Urbano IV. & Clemente itidem IV. Alterum obtinuê-

re

re Mendicantes à Bonifacio VIII. quib
trav. super Cathedram. 2. de sepu
post interpositam à Prælatis hum
Religiosorum habilium præsen
nem, Episcopis renuentibus, ip
Regulares ex tunc, obtentâ jurisdi
ne à S. sede Apostolica, sibi confe
bus impendere possint beneficium
solutionis. Verùm quia hoc indu
plurium querelarum occasio fuit;
pliavit illud ipsum Benedictus XI.
trav. Inter cunctas 1. De privil. in
necessitate sé præsentandi Epis
quam tamen reduxit celebris *Clem*
Dudum. 2. de sepul. in Viennensi
cilio edita, sed non sinè crebris Ep
porum, ac Regularium ad omnimo
libertatem inhiantium, imò & Pa
ensis scholæ cum Carmelitarum
dissidiis, non antè sopitis, quàm
Carmelitarum quidem privilegium
Urbano Papa ad assensum form
Præsulis Diœcesani, teste Oldrado
sil. 230. restrictum: universim autem

quibuslibet Regularibus Episcoporum authoritas & licentia per S. Concilium Trid. ad validam sæcularium & Ecclesiasticorum absolutionem sacramentalem, desiderata fuit.

148. Nihil faciente in contrarium Regulâ: *licentiam debito modo petitam haberi pro impetrata, si ex pravo fine denegata fuerit. c. Licèt, 18. X. de Regul.* & Constit. *Inscrutabili*: utpote quæ solùm procedit, quando conditio pendet à voluntate implere volentis c. *cùm non stat, 66. de R. I. in 6.* neque requiritur de substantia actûs: ùt tamen fit in casu nostro, dum conditio approbationis unicè pendet à voluntate Episcopi, ejusque adimpletio tam necessaria est, ut per modum formæ prærequiratur *cit. sess. 23. c. 15.* quæ per æquipollens suppleri non potest arg. L. *Qui per salutem 33. ff. de jurejur.* junctâ B. Pii V. Constitutione, quæ incipit: *Romani Pontificis.*

CAPUT

Caput V.

An finè causa revocari p
approbatio vel licentia Regularis
que licentia admissi?

149. *Approbatio finè examine conces*
cari pro libitu potest.

150. *Prævio examine approbatus tu*
potest ab eodem Episcopo ad novu
men.

149. Natura precarii seu benef
ti est, ut concedenti rel
libertatem ad oppositum, cujus
cùm nec rectæ rationi, nec alteri
adversus sit, meritò in una *Vercell*
Julij 1615. & in altera *Papiensi* 12.
rij 1619. resolutum fuit, approb
nem finè examine concessam, tam
merè gratiosam, ab approbante re
ri pro libitu posse, stante in hoc
voluntate pro ratione: quod ben
serva.

150. Secùs est de confessariis

piscopo post examen approbatis, ut constat ex duabus B. Pii V. Constitutionibus Annis 1567. & 1571. editis, ad quarum tenorem idipsum S. Congregatio Concilii declaravit: adeò ut hodie Regularis prævio examine ab Episcopo simpliciter, id est, sinè ulla temporis, loci, aut personarum limitatione semel admissus, ab eodem ad novum examen trahi prohibeatur.

Caput VI.

An novus Episcopus vocare possit omnes Regulares ad novum examen?

151. *Respondetur affirmativè.*

151. Affirmativam nobis persuadet prælaudata Constitutio B. Pii V. 6. Aug. 1571. edita, in verbis: *Ab Episcopo autem successore, pro majori conscientiæ suæ quiete examinari denuo poterunt.* Quæ cave ad Confessarios nondum in ea Diœcesi examinatos restrinxeris,

xeris, cùm clara nimis sint, insup
pro Generali motivo *conscientiæ*
sedis Episcopalis ùt sic, sed person
viter sessuræ tranquillitatem affe
quæ indifferenter respectu om
Confessariorum urgere potest n
Episcopum, ut per examen exp
qualibus operariis vineam suam
te commirtat.

Caput VII.

An approbatio prævio exa
semel concessa Regularibus, ab
po sinè causa revocari licitè
sit?

152. *Idem, quod n.* 150

153. *Religiosi tamen se submittere deb*

154. *Episcopus non tenetur Religios
causam revocationis vel suspensio*

155. *Regulares compelli possunt ab E
ad functiones suæ vitæ mixtæ congru
undas.*

152. APprobatio seu licentia
endi confessiones, pra

xamine semel concessa Regularibus, ab eodem Episcopo sinè causa revocari non debet. Quamvis enim ex natura operariorum, in libero Episcopi arbitrio manere videatur, ut simplicibus confessariis seu Ecclesiasticis, seu Religiosis, velut operariis non habentibus aliquem titulum, hanc facultatem neget, revocet, vel restringat: discretè tamen potestate suâ circa denegationem, suspensionem, revocationem &c. maximè erga totum aliquem conventum uti debet, ne animosa videatur, nisi particulares facti circumstantiæ aliud exigant E. G. ob violationem interdicti ab ordinario positi, vel ob renisum in iis, quæ Episcopo sive ut ordinario, sive ut Delegato circa hanc materiam competunt, vel ob aliam justam causam omnes tangentem.

153. Imò nec particularem confessarium Regularem semel à se approbatum sinè causa confessiones concernente, aut nisi violaverit interdictum, de

quo suprà, suspendere debet, ùt mer
decrevit S. Congregatio 21. *Novemb*
1615 quod si tamen Episcopus fac
Religiosi non poterunt, sub præte
animositatis, ingerere se administra
ni hujus Sacramenti, donec, recurs
S. Sedem Apostolicam habito, i
provideatur: memores exempli S.
chëlis Archangeli, qui ne quidem D
bolo, suo quondam superiori, *Judæ*
cath. v. 9. secum altercanti de Moysi
pore ausus est judicium inferre blas
miæ; sed dixit: *Imperet tibi Dom*

154. Neque refert, quòd Episc
revocatione approbationis sinè
interdictum sit: quamvis enim pr
beatur, nullibi tamen annullatur
modi revoca
; & *sententia Pas*
sive justa, sive injusta fuerit, æstim
da. c. *sententi* . 1. XI. *q.* 3. quam
causam prudentissimè cautum fuit, ut
piscopus non nisi S. Sedi Apostol
causam suspensionis vel revocationis
eam scire voluerit, aperire teneatur.

155. Quemadmodum autem Episcopus suspendere non potest omnes Confessarios Regulares unius, vel omnium monasteriorum, ubi personale & qualificatum demeritum non accedat; ita vicissim in arbitrio Regularium esse non debet, ut ob superbiam, quæ sub pallio privilegiorum foveri quandoque solet, hoc munus recusent; sed ab Episcopo loci compelli possunt ad functiones instituto suo vitæ mixtæ congruas obeundas.

Caput VIII.

Quibus de causis Episcopus suspendere possit Confessarios Regulares à se approbatos; vel revocare licentiam iis concessam?

156. *Revocatio licentiæ, & suspensio Confessariorum ob causas ad Confessionem attinentes.*

157. *Aliæ causæ revocandi, vel suspendendi.*

158. *Quæ causæ non sufficiant.*

159. *De conferentiis.*

156. Resp. I. ob causas ad confes
nem attinentes sibi cogn
per informationes extrajudiciales,
eas alteri, quàm sanctæ sedi Apost
si postulet, manifestare teneatur, hi
banus VIII. & Clemens X. declar
Inter ejusmodi verò causas referri
sunt. 1. vita scandalosa, utpote
fessarium maximè dedecens. 2.
missa frequentatio conferentiarum
cubi vigeant. 3. absolutio à reser
sinè præhabita speciali facultate,
velatio peccatorum sibi in confe
detectorum. 5. Sollicitatio in
sione. 6. culpabiliter neglecta m
Parochi de audita confessione in
7. si derrectent, ad præceptum Ep
pi, in Confessionalibus affigere l
cœnæ, & Tabellam casuum reser
rum. 8. si mulierum confessiones
tra sedem solitam in loco auscult
crate vel laminâ modicè perfora
nitam, excipere præsumant. 9.
tradicente Parocho audiant con

nes in aliena Ecclesia : maximè si in licentia Episcopali expressa sit clausula *de consensu Parochi, vel Parocho non contradicente.*

157. II. Si non servent interdictum ab Episcopo positum, ùt S. Congregatio rebus Episcoporum præposita 20. *Novembris* 1615. declaravit, III. Ob rebellionem, vel denegatam Episcopo reverentiam in universum.

158. Aliæ, præter causas hìc allatas, maximè si à Sacramento pœnitentiæ prorsus extraneæ sint, nec illud immediatè tangant, haud sufficiunt ad inducendum Episcopum, ut adversùs Religiosos E. G. prædicantes sinè licentia vel respectivè benedictione Episcopi aut comparere detrectantes in processionibus publicis &c: ad prædictam suspensionem, vel revocationem licentiæ audiendi confessiones non suorum procedatur. Qua in re, ne forsan Episcopi quæq; pro libitu adversùs Regulares etiam insontes susciperent, & facultate

sibi tradità hac in parte abuterentur
Congregatio rebus Episcoporum
Regularium præposita die 30. Aug
A. C. 1630. Episcoporum conscien
causam revocationis ac suspensionis
liquit.

159. Quod dixi de intermissi
quentatione Conferentiarum, si
vigent, opportunè me monet, ut de
rum methodo ac fructu nonnihil
differam: Solent autem Episcop
Diœceses suas introducere Congr
tiones Conferentiarum, in quibus
ram Episcopo vel aliis ad id dep
convenientibus Parochis, Confes
illisque Clericis, qui instruendi sun
vacaturis Parochiis; vel pro excipie
quandoque confessionibus, in subs
um aut defectum aliorum, destina
discurritur de materiis fidei, & casi
ab eo, ad quem in ordine spectat,
quot diebus antè propositis, ut sing
præparati accedant, etiam Regula
aliique exempti curam animarum ex
cer

centes, aut cupientes administrare Sacramentum Pœnitentiæ Clero ac populo potestati Episcopali subjecto, licèt in propria Domo Regulari lectiones aut ejusmodi conferentias habeant: ut scil. melius instruantur, ipseque Episcopus, vel alter Ejus nomine præsidens, certificetur, quas opiniones teneant, & qualem praxin in directione spirituali ovium Episcopo commissarum observent.

Caput IX.

An Episcopus limitare possit licentiam audiendi Confessiones quoad loca, personas, ac tempus?

160. *Idoneigeneraliter & illimitatè sunt approbandi.*

161. *Post temporis lapsum, aut revocationem licentiæ, nec licitè, nec validè absolvunt.*

162. *Differentia inter limitationem ad locum, & restrictionem ad personas ac tempus.*

160. SI Regulares ab ordinariis lo
rum ad audiendas confessio
idonei reperti & probati fuerint, d
randum non est, quin generaliter &
distinctè, absque ulla limitatione
poris, certorúmve locorum, aut g
ris personarum, in propria Diœce
admittendi: De cæteris verò, qui
adeò idonei reperientur, ordinari
arbitrio relictum est, tales cum lim
facultate probare & admittere, p
iisdem ordinariis magis expedire
bitur.

161. At quid *si Episcopi, ùt pas*
Italia nunc fieri solet, omnes Reg
limitatè solùm quoad tempus admit
certè tunc lapso tempore revocar
terunt Regulares ab Episcopis ad
vum examen; imò etiam licèt tem
præfixum nondum omnino finitum
ita ut post temporis lapsum, aut licen
revocationem, ejusmodi Regulares
pote approbatione ac jurisdictione
stituti, nec licitè, nec validè munus

prosequantur: nisi facto recursu ad S. sedem (cui uni causam adhibitæ limitationis explanare tenentur) Episcopi Religiosos illimitatam approbationem merentes generaliter ac indistinctè admittere jubeantur.

162. Cæterùm notabilis est differentia limitationis ad locum, & restrictionis ad tempus ac personas: prima namque E. G. facta hoc modo: *Facultatem tibi facimus administrandi utriusq; sexûs fidelibus Sacramentum pœnitentiæ in Ecclesiis tui ordinis, atque etiam graviter ægrotantibus, vel insuper: & in aliis quoque Ecclesiis de ipsorum Rectorum consensu &c.* maximè cùm respiciat exercitium jurisdictionis voluntariæ, non est ablativa facultatis validè absolvendi, sed illicitam reddit administrationem, modumque solummodo præscribit ac ordinem absolvendi, ne parochorum & aliorum jurisdictio perturbetur: altera restringit approbationem ipsam, propter insufficientiam Confessarii plerum-

rumque, ut se magis habilitet, & qu
alibi forsan crebrò accidere possint, h
citra grave periculum animarum adh
scat. Unde sicui solùm daretur appr
batio pro Ecclesiis ruralibus, ea mag
videretur limitatio personarum, qu
loci, non tam facta ad evitandas disc
dias, quàm ob defectum majoris scie
tiæ, quæ in confessario urbis requi
tur.

Caput X.

De cura infirmorum tempo Pestis.

163. *Parochi cum periculo vitæ succu tenentur ovibus sibi commissis; & tem Pestis saltem per idoneum substitutum.*

164 *Quid ordinatum à S. sede de Epis tempore Pestis?*

165. *Instructio Parochi pro pestiferis expe di?*

166. *Quid de Regularibus exemptis dicend sit?*

167 *Quæ providentia nuper adhibita Ba berga & Merbipoli cum Religiosis exemp*

163. PArochus per se tenetur ex justitia, tempore pestis, etiam cum vitæ periculo, suorum parochianorum confessiones excipere; sicque jurant apud nos expressè tum Parochi, tum horum cooperatores, quoties iis administratio curæ animarum certi cujusdam loci committitur. Cùm autem plurimi cæterorum intersit, ne morte Parochi per unius infecti provisionem acceleratâ, tota deinde communitas, per notabile saltem tempus, spirituali medico destituatur: agitatâ Romæ graviter hâc quæstione coram S. Congregatione Concilii, Sanctitas sua, factâ sibi relatione in Consistorio, die 10. *Decembris* 1576. decrevit, Parochos omnino teneri tempore pestis residere in suis Parochiis, posse tamen per alium idoneum Parochianis suis contagiosâ lue infectis ministrare Baptismi & Pœnitentiæ Sacramenta, idque ad commodum Parochianorum bene valentium, ne cum propriæ salutis periculo, Parochi sui

ad infectos euntis consortium reh
mident.

164. Quod Decretum de Paroc
factum idem S. Pontifex 18. Decemb
1576. affirmavit, procedere multò m
gis in Episcopis, utpote plùs oblig
ut in tutioribus locis permanentes, u
toti Diœcesi opportunè prospiciant

165. His ita præmissis: clarum
si Parochus alium quendam idone
sive justa, sive injusta de causa hab
non possit, teneri eundem, retentâ
one suâ, non minùs ac militem, pro
communitatis ac singulorum salute
ire vitæ discrimen, cum ea tamen
cretione, ne, propter unum non g
ter indigentem, se facilè in pericu
immaturæ mortis conjiciat, reliquis
rituali subsidio destitutis: qua de re
dendus est S. Augustinus pluribus in
cis, quo nemo vel subtiliùs, vel cop
siùs, vel elegantius, teste Maldona
hanc quæstionem resolvit. Unde n
expedit, ut Parochus, vel ejus Vicari

in ejusmodi rerum statu, sacramenta secundùm se, vel respectu talium personarum non admodum necessaria ministret. At si spiritualis necessitas urgeat, tanquam bonus Pastor *Ioan.* 10. *v.* 11, adhibitis pro se conservando, quibus potest, remediis, minimo, quoad fieri valebit, periculo ovem hâc lue infectam accedet, declinato infirmi halitu; ore, naribus, præcordiis, auribus, ac totâ facie, forti aceto succis foliorum rutæ atque baccarum juniperi, floribus sambuci, nec non myrrhâ & croco &c. permixto ablutis; gestato in manu globulo ita perforato, ut ex spongiola intùs recondita, atque eodem aceto imbuta, alexipharmaca in nares expirent; adhibitoque hebdomadatim, si poterit, semel medicamine sudorifico anti-pestilentiali; digitis etiam quandoque oleo scorpionum inunctis, & prædicto aceto absterfis; masticatisque frequenter corticibus citriorum, Angelicâ, baccis juniperi, foliis rutæ &c. & assumpto

manè

manè electuario prophilactico ; p
fumatâ sæpiùs domo sulphure vivo,
ce, Radice Angelicæ, Rasurâ succ
granis & ligno juniperi, Herbâ milla
lii, Camphorâ &c. hominibusque,
per vires poterunt, extra reliquorum
fectorum consortium ad apertum
rem evocatis. Ubi insuper nota, C
cionatoribus, & Politico Magist
tunc temporis incumbere, ut freq
ter ac seriò homines moneant, n
lue afflati se publicis conventibu
gerant, aut malo reticito Parochum
satis providum in vitæ discrimen
adducant: qui verò nondum co
correpti sunt, sibi tempestivè cons
per confessionem sacramentalem
templo faciendam. Quod si verò
undum sit tectum, omni terrore
plurimum in hac lue periculi creat
posito, cum præcautionibus supra
audiendus est pœnitens, quoad ea
tem, quæ conscientiam gravius
munt; aut si vel alii ita vicini sint,

subsit publicationis periculum; vel æger præ imbecillitate aut doloris vehementia nequeat, habitâ qualiquali doloris notitiâ absolvendus est; cumque Confessarius domum redierit, aliâ veste assumptâ, priorem forti lixivio elui, & perfumarifacier, antequam eandem resumat.

166. Quæritur nunc, *ad rem nostram*, quid de Regularibus exemptis dicendum sit? R. Distinguendo inter Religiosos à publica animarum cura ex instituto suo prorsus abstractos, quales sunt Benedictini, Carthusiani, Camaldulenses, & quibusdam in locis Capuccini &c. ac inter eos, qui vitam activam ex prima vocatione sua contemplativæ adjungunt: *illi* non priùs tenentur, quàm si nullus alius vitam mixtam profitens suppetat, minimè tunc eos eximente solitario statu suo ab implemento Legis naturæ; quibus non sunt quoad hoc liberiores Canonici etiam Cathedralium Ecclesiarum: *Hi* statim ab initio

initio monita & jussus Episcoporum
calium spontaneâ servitiorum exhi
one prævenire tenentur: cùm e
injuriam sibi fieri putent, si quand
Episcopo universim administrat
sacramenti Pœnitentiæ in Diœce
qua interdicantur, ideoque ad S. Se
recurrant: æquum & justum est,
Episcopo vicissim singuli com
adigi possint, ad personas aliquot
tuali huic obsequio deputandas.

167. In Diœcesibus Bamberg
Herbipolensi hoc periculoso tem
quo sæva contagio per ditiones
acas multa personarum millia jam
sesquiennio consumpsit, Celsissim
Reverendissimus Princeps ac Dom
D. Petrus Philippus Episcopus Ba
gensis & Herbipolensis S. R. Im
Princeps, Orientalis Franciæ Dux
mentissimus Dominus noster vo
ad utrumque Consilium suum Ecc
sticum localibus Religionum Supe
xibus imminentem, nisi DEUS spec

ter a
abii
nas
salu
sing
rint
huic
tissi
ficio
Ath
Div
nob
diis,
spici

An

168.
169.
co

ter avertat, neceſſitatem exponi, atque ab iisdem rogari fecit, an & quot perſonas eum in caſum publicæ animarum ſaluti conſecrare parati ſint: à quorum ſingulis cùm laudabiliter promiſſæ fuerint indeſituræ ſuppetiæ, Celſitudo ſua huic tam generoſæ oblationi clementiſſimè acquievit, injunctâ Paternè officio Sanitatis hâc cura, ut ſtrenuis hiſce Athletis in talem eventum (quem Divina Bonitas benigniſſimè arcere à nobis velit!) de neceſſariis vivendi mediis, atque ſalutis remediis abunde proſpiciatur.

DECAS V.

De caſibus reſervatis.

CAPUT I.

An Epiſcopus reſervare ſibi poſſit aliquos caſus?

168. *Epiſcopis competit poteſtas reſervandi.*
169. *Actus reſervationis primariò afficit confeſſarium in bonum Pœnitentis.*

170.

170. *Quid de forensi accedente cum ea servato? Item de Regularibus non emptis; & de monialibus universim.*

168. QUi negaret in Episcopis D cesin ac populum haben potestatem reservandi suæ absol certos quosdam casus, ad fideles i ciplina Christiana continendos, quidem ut etiam coram DEO co sarius inferior talem à peccatis ej di nequaquam absolvat: is hæreti tam nequaquam effugeret, ita defi te S. Conc. Tridentino *ses. 14.* quâ potestate Episcopi jam olim districtè usi fuerunt c. *fin.* XXVI, ut sacer aliquis horror quoad gr quædam crimina concitaretur in a Christianorum metuentium subi men Episcopi, vel ejus Commiss rum, à quibus sciunt rigidè discu ejusmodi peccata, & non nisi sub occasionibus, graviq́ue pœnâ impo beneficium Absolutionis impen dum.

169. Difficultas versatur in eo, *num actus reservationis Confessarios, an verò Pœnitentes afficiat?* Certè, si S. C. Trid. & subsecutas SS. Pontificum Declarationes accuratè pervolvimus, in propatulo est, per actum reservationis principaliter ac directè tantùm affici personam Confessarii, arctatâ ejusdem jurisdictione: prout magis perspicitur ex definitione *casûs reservati*, qui est *peccatum aliquod mortale externum, ad cujus absolutionem inferioribus sacerdotibus jurisdictio non est concessa.* Licèt etiam indirectè ad Pœnitentes, non invenientes in ea Diœcesi sacerdotem inferiorem à quo absolvantur, pertingat.

170. Hinc patet, per actum reservationis, utpote localem & restrictivum ad suam cujusque Episcopi Diœcesin, non affici Regulares extra Diœcesin Episcopi reservantis, cui tales Religiosi subjecti non sunt, quosque S. C. Tridentinum solummodo declarat absolvere non posse fideles ad se recurrētes à casi-

casibus reservatis Episcopo, in
Diœcesi morantur. Nec enim
vatio directè pœnitentes afficit; sed
directè, suppositâ nimirum confes
ne sacramentali, quam emittendo
tra Diœcesin proprii ordinarii, ubi
que tandem peccatum commis
subduntur ei, cujus confessario se
mittunt, eique se subjiciendo per
sariam consecutionem intendunt
gare se ordinationibus factis in il
co pro conferendo ac obtinendo
mentalis absolutionis effectu.
liter, si Decreta reservatoria ge
ter concepta sint, comprehendu
am Regulares utriusque sexûs Epi
reservanti subjectos ob restrict
reservationem immediatè potes
Confessariorum, abstrahendo à
cunque Pœnitente. Imò potest
Episcopus Ordinarius loci, reg
monialium exemptarum, reservan
certos casus præcipuè quoad ea
clausuram, & casus constit. Inscr

expressos, à quibus eas absolvere nequeant Regulares, quantiscunque privilegiis pollentes, ùt Clemens VIII. 9. *Januarii* 1601. expressè declaravit apud Donatum.

Caput II.

An expediat reservatio casuum?

171. *Reservatio expedit, si tendat in ædificationem.*
172. *Boni effectus reservationis discreta.*
173. *Reservatio malè accusatur tyrannidis.*
174. *Necessitas reservationis.*
175. *Inane quorundam exemptorum lamentum.*

171. S. C. Tridentinum *sess.* 14. *c.* 7. eam expedire omnino censuit, dummodo tendat in ædificationem pœnitentium; non in destructionem, quæ sequi potest ex nimia Episcoporum severitate, & peccatorum non gravium, reservatione aut si indiscreto zelo compellere velint subditos ad aperienda sibi imme-

immediatè peccata, unde peric
nasci potest, ne pœnitentes nimio
rore aut animi quâdam infirmitate
culsi casuum reservatorum detectu
intermittant, & sacrilegia sacrileg
mulent, quæ tanta profectò mali
ut majora ex non-reservatione or
possint.

172. His verò seclusis, si debi
discretione procedatur, ut & dil
negata ad breve tempus absolutio
defectum jurisdictionis, pœnit
salubriter terreat; & petita sive p
nitentem ipsum, sive per Confes
citra difficultatem ab Episcopo
vante concedatur, describi non
quantum indè sperandum sit bon
modo Confessarii hac in parte m
suum rectè adimpleant, nec direct
vadendi modis, in reservationis Ep
palis præjudicium, pro libitu com
Pœnitentes unà secum in pernicie
ternam abducant.

173. Qui reservationem moder

tyrannidis accusant, præterquàm quòd de sancta Matre Ecclesia & Sacro Episcoporum cœtu pessimè sentiant, ignorare se ostendunt, quantus olim rigor adhibitus fuerit in absolutionis beneficio impertiendo. Quanquam enim alii insuper modi supersint evitandi graviora peccata, corpusque visibile militantis Ecclesiæ modis ac mediis visibilibus, extra forum Secretum & Divinum, conservandum esse videatur: hæc tamen omnia à citerioribus Conciliis, & SS. Pontificibus, ac Episcopis considerata quis neget? quorum praxis cùm hoc etiam medium promovendæ Christianorum Sanctitati adhibeat, ego cum obloquentibus ejusmodi graculis sentire non velim.

174. Deinde quid, quòd multa peccata Deum, proximum, & bonum publicum graviter offendentia, ob facilitatem eadem obtegendi coram oculis hominum, fori externi punitionem exludant? quid, quòd aliqui in eo sublimitatis

mitatis vel præpotentiæ gradu sint
aut nec censorem externum, nec jud
metuant? Talibus certè multùm
derit sacer ille horror in Sacram
foro incussus, haud ingratus tu
quòd profluat ab impotentia, non
luntate vel indignatione Confessa
viter remonstratâ criminis turpi
vel enormitate, offerentis se ad
dam à Superiore licentiam, ut
absolutionis gratiâ ad viam salut
catur. Dum è contrà plurimùm
nimia Confessariorum mutorum
qui non volentium indissimula
lerum gravitate facilitas, &
sæpe non tanto cum fructu
quod Confessarium voluntari
ctatâ quâdam austeritate facere
quàm quod ex necessitate fieri v
eodem, tanquam medico comp
ac pharmaci sibi destinati amarit
veluti prægustante, suscepto in
quærendi à superiore reservant
dium absolutionis.

175. Non ignoro vetus illud, sed vanum exemptorum quorundam non tam Pœnitentibus, quàm subjectioni suæ indolentium epodion: *difficillimum redditantillis reservationibus Confessariorum munus.* At hujus farinæ homines ad Stephanum Gradium Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum remitto, hoc unum subjungens, mirandum esse, quòd cùm vel nunquam, vel rarò Confessarii, anteriores exemptis, de reservatione tunc etiam usu recepta conquesti fuerint, novelli primùm futilibus lamentis aures Episcoporum fatigare præsumant.

Caput III.

Quomodo se gerere debeat Episcopus in absolvendo vel danda licentia absolvendi à reservatis?

176. *Pœnitentia forum est arcanissimum.*

177. *Superior debet esse facilis in danda Confessario ad se recurrenti licentia; nec curiosius*

sus in culpam inquirere cum periculo
festationis Pœnitentis.

176. Cùm arcanissimum sit de
Divino Pœnitentiæ fori
S. Bernardus meritò dixerit, nih
minùs sciri, quàm quod sciret per
fessionem, idque in favorem Sacr
ti facilitandi Jure Divino à Chr
constitutum sit, adeò ut Confes
omnibus ita se gerere debeant,
hil illis in eo Tribunali detectu
set; nec habitâ exinde notitiâ si
bernationem exteriorem, sive
quicquam uti possint: Hinc E
& quisque superior authorit
vandi sibi casus aliquos prædit
præ primis debet, ne odiosam
Pœnitenti confessionem, aut sub
remotam occasionem præbeat
spicandi de superiore, quasi de
occultum in publicum forum
here cogitet, aut ejus notitiâ
regimen externum abuti: quod
potissimùm modis fieri potest

gen
riori
culta
si de
centi
17
diffic
recu
men
perp
nisi
mod
cider
tudin
perq
vere
parti
Clen
ro c
Co
iani
uper
os si
endu

gendo Pœnitentem; ut ipsimet Superiori confiteatur. II. nolendo dare facultatem absolvendi à casu reservato, nisi declarato genere peccati, pro quo licentia absolvendi desideratur.

177. *Quoad primum*: Danda est sinè difficultate confessario ad Superiorem recurrenti licentia, ut facilitetur Sacramentum Pœnitentiæ, & Sacrilegia vel perpetua in malis obstinatio evitentur, nisi superior moraliter certus sit, ejusmodi licentiam fore potiùs ansam ad recidendum in malum; quâ tamen certitudine morali Episcopus rarò niti; semperque potiùs damnosam Pœnitentium verecundiam minuere debet. Quò particulariter etiam respexisse videtur Clemens VIII. in constitutione edita pro casuum reservatione, & innovata à Congregatione Concilii de jussu Urbani VIII. A. C. 1624. ubi prohibetur Superioribus Regularibus, ne Religiosos sibi subditos adstringant ad confitendum sibi, etiam si habeant casum re-

servatum: cujus rei causam affert S. T
mas, quia multi sunt adeò infirmi
vix ad hoc adigi possint. *Quoad s*
dum: non licet Episcopo vel alii
riori licentiam daturo in culpam i
rere, nisi quando ei persona ignot
neque periculum subest, nec ex re
ne culpæ Superiori vel cuiquam a
tegatur.

Caput IV.

De usu Bullæ Cruciatæ & lutione indirecta à casibus r servatis.

178 *Artes quorundam exemptorum sum Bullæ Cruciatæ.*

179. *Reprobatur sententia de absolutio recta à casibus reservatis.*

180. *Ecclesia hic non supplet jurisdi*

181. *Quid agendum in casu necessit irremovibilis impedimenti?*

182. *Quid Episcopus reservans intend*

183. *Conditio extra Sacramentum ab Episcopis.*

184. *Differentia inter periculum mort alias necessitates.*

178. QUi diversas Religiosorũ artes considerat, facilè videt, non tam ab iis principaliter quæri Pœnitentium, quàm proprium illorum met favorem: sic enim I. usus Bullæ Cruciatæ ad subterfugiendam necessitatem petendi ab Episcopo absolvendi licentiam à Religiosis non sinè ingenti relaxatione adhibitus: factâ autem illius Privilegii abolitione:

179. II. Famosa illa sententia de absolutione indirecta à casibus reservatis in Scholas & confessionalia quorundam exemptorum invecta fuit, quæ tamen nec solida, nec tuta est, sed perturbativa disciplinæ Christianæ, & jurisdictionis Episcopalis, contra Regulam ac ordinem Juris, *quod unâ viâ negatum est, alterâ concessum videri non debere.* Nec enim I. quòd talis Confessarius ab aliquibus saltem possit absolvere, sufficit, ut per consequentiam ab aliis quoque reservatis indirectè saltem quoad culpam absolvere posse dicatur; imò potiùs

è contrario, cùm unum peccatum
tale sinè altero non remittatur, &
fessarius à reservatis absolvere nec
nec ab aliis non reservatis absolutio
Sacramentalem impertiri posse
dus est obreservatorũ casuum cum
reservatis conjunctionem. Qu
modum qui centum librarum o
non majus Herbipoli Bamberg
tare in humeris potest, non est
huic oneri, si eidem gravius qu
addatur.

180. Neque II. bene recurritu
clesiam supplentem jurisdictio
nè Canone id asserente, imò c
centibus expressè ac nullitate
rantibus Constitutionibus SS.
cum, Decretis S. Tridentinæ
& reclamante ipsorummet Ep
rum casus ejusmodi suæ tantùm
ctioni reservantium intentione,
hoc prætextu quæque quibus
quoslibet liceant, cum aperta

ctionis Episcopalis involatione, ac nullitate: quod quidem Justus peccatorum Vindex meritò quandoque permittit in criminum pœnam 2. *Thessal. 2. v. 10. Pro eo, quòd charitatem veritatis non receperant, ut salvi fierent, ideò mittet illis DEUS operationem erroris, ut credant mendacio.* Ubi non immorabor recensendis iræ Divinæ flagellis, quibus reprobos affligit *Ps. 31. v. 10.* Sinendo eos in plura continuò crimina labi, ac trahi in reprobum sensum, *Rom. 1. v. 28.* vel incidere in Magistros erroris, à quibus decipiuntur, dum nullo labore curari se putant, quod est flagellum acerbius omni flagello, & signum damnationis.

181. Aliud est, *dato casu necessitatis, vel irremovibilis impedimenti*: E. G. Sicubi moris est, ut Sponsus & Sponsa pridie solemnitatis nuptialis simul publicè ad Sacram Synaxin accedant; vel si Mater invitet filiam ad sumendam secum Eucharistiam &c. tunc enim in-

stante casu S. Communionis indis
bilis, quo, citra manifestum diffam
nis vel sinistræ de se suspicionis pe
lum, S. Communionem omitten
priùs ad Confessarium authoritate
libus absolvendi pollentem acc
penitus nequeunt, Confessarius, co
eâ necessitate, illos cæteroqui ben
spositos absolvere etiam à reserv
piscopo potest, non autem abobli
ne accedendi per se vel per Con
um ad Superiorem reservantem,
tunc sufficiet à Pœnitente vel ejus
fessario sola peccata reservata e
eò quòd, cum jam remissa fuerin
ad culpam & reatum pœnæ æter
maneat sola obligatio reservation
culpa non est, sed aliquid ad piè
dum ac in officio Christianæ
continendum hominem introdu
à quo, si culpa sublata sit, liberari p
etiam extra Sacramentum.

182. Sive, ut clariùs dicam: cùm
sint, quæ Episcopus reservans inte

primum, nec peccator tali culpâ gravatus absolvi possit ab alio, quàm ab ipsomet Episcopo, vel cui id expressè commiserit: *Secundum*, ut visâ hâc obtinendæ absolutionis difficultate, & pœnitentiæ majoris sibi de Episcopi jussu injunctæ apprehensione salutari perculsus ad cor redeat, culpasque ejusmodi, adjuvante Divinâ gratiâ, studiosiùs evitet: quam vis Episcopus pro tali casu, quo ob evidens periculum certæ diffamationis aut saltem deterioris suspicionis præceptum recurrendi ad se pro absolutione Sacramentali moraliter impossibile, seu quod idem est, habitâ ratione pudoris, ac famæ, difficillimum redditur, jurisdictionem Confessariorum suæ Diœcesis, ùt æquum est, proroget: limitatè tamen id facit, & sub modo, ac obligatione extra Sacramentum consequente ipsam absolutionem jam præmissam: ubi vides remanere saltem reservationis alterum finem, adeoque obligationem se præsentandi Episcopo

ſtatuenti, ut, ſi quis in tali neceſſ
caſu ab inferiore Sacerdote velit ab
vi, contrahat obligationem præſen
di ſe deinde ſuperiori, ùt primùm c
modè poterit, vel intra tempus inſi
to expreſſum.

183 Et ne quis hìc fortè nod
ſcirpo quærat: cùm abſolutionis ſ
mentalis effectus ſuſpendi non po
tempus, adeoque nulli omnino c
tioni ſubjaceat, ſed vel ad prolati
formæ illico conferatur, ſi cætera
ſita concurrant; vel aliquo eorum
ciente ſubitò nullus ſit: adverti
ditionem præſentandi ſe deinde ſ
ori inſeri non poſſe abſolutioni ſ
mentali, à cujus implemento ſ
menti Pœnitentiæ effectus depe
ſed in bonum Pœnitentium con
lummodo poſſe ſtatutum à ſupe
approbante ac reſervante, ut, ſi
præfatis vel ſimilibus caſibus pro
rum remiſſione ad inferiorem recu
velint, abſolutionem quidem à tali

fessario obtineant; Superiori tamen præsentare se proximè teneantur ex obligatione propriâ voluntate contractâ, dum petendo absolutionem reservatorum ab inferiore, qui non potest absolvere, nisi pœnitentes ipsi ex animo subeant Sæpedictam obligationem se præsentandi, consequenter acceptant hoc statutum & onus: quod nemini absolutè, sed conditionatè extra Sacramentum imponitur, si pœnitens ab inferiore Sacerdote velit absolvi.

184. Unde si directè Superiorem accedat, nec absolutionem ab inferiore petere velit, nullam ex vi talis statuti contrahit obligationem: at si ab inferiore quidem absolutionem petat, sed absque seria intentione se præsentandi juxta statutum, irritam facit confessionem obsequendi proposito destitutam. Quod si demum tempore confessionis firmum ac serium se præsentandi propositum habeat; illud verò non exequatur post absolutionem obtentam, non

revocatur beneficium absolutionis
lidè semel impensum; sed incurritur
vum lethale peccatum transgres
statuti, quod illum obligat ad se
sentandum Superiori statim, vel
tempus in Statuto præfixum, habe
tractum successivum obligationis
usque se Superiori reservanti præs
Ut rem totam paucis absolvam, C
fessarius inferior, exposito sibi pe
fessionem pœnitentis casu reserva
cali Episcopo, cum proportione
faciat, quod facturus esset, si ab
Pœnitente proponeretur casus R
notatâ hâc differentiâ inter arti
vel probabile periculum mortis, &
ter alias necessitates, quòd in prior
lata sit omnis reservatio, & recur
licèt salute se præsentandi necessita
aliis verò ad consulendum famæ &
recundiæ Pœnitentis superior ei
ditione facultatem absolvendi à R
vatis Inferiori concedat, si Pœniten

cerè paratus sit ad se postmodum superiori denuo præsentandum: ùt Celsitudo sua fusiùs declaravit, & in scholis suis publicè doceri præcepit.

Caput V.

An reservatio casuum extendatur ad peccata ante ejus promulgationem commissa?

185. *Respondetur distinguendo.*

185. Distinguendum est, an reservatio in rem aut sinè adjectione temporis futuri præcisè concepta sit: E. G. *Perjurium judiciale*, &c. an verò cum adjectione temporis futuri E. G. *Qui perjurium judiciale commiserit*, &c. in hoc secundo casu perspicuum est, reservationem ad commissa ante promulgationem nequaquam extendi: aliàs verò, cùm reservatio sit limitatio jurisdictionis, principaliusque Confessarium, quàm Pœnitentem afficiat, non vides, quid ad rem faciat, quòd peccatum ante vel post reservationem commis-

missum sit, si sacerdos potestate jur
dictionali quoad absolutionem ab
destitutus.

Caput VI.

An Pœnitens obligari poss detegendum extra confessio Episcopo peccatum reser- vatum?

186. *Hodie Peccator obligari non potes manifestanda occulta delicta sua ext cramentum.*

186. Olim quidem inter foru ternum & externum E asticum vel nullum, vel modicu fuit discrimen, ut inter alia patet creto Burchardi. Nunc verò, quam Tribunal duplex erectum ad externum publica; ad internum publica, tum occulta delicta in c ad emendationem & reparationem tis pertinean: nullus pœnitens qu obligari præcisè potest, secundum sentem Ecclesiæ disciplinam, ad

festanda sua peccata extra Sacramentum & Sacramenti forum internum: adeò ut Superior absoluturus subditum, integram ejus confessionem audire, aut eum inauditum ad inferiorem cum facultate absolvendi mittere teneatur. Quod intelligendum est, extra casum *praced. c. 4.* positum, & de Absolutione propriè dicta.

Caput VII.

An Superiori liceat audire solùm reservata, & ab iis Sacramentaliter absolvere?

187. *Non potest dari venia dimidiata.*

187. Sacramentum Pœnitentiæ institutum est à CHRISTO ad formam Judicii, quòd cùm expositionem ac cognitionem totius causæ prærequirat, nescio quâ ratione nonnullis in mentem venire potuerit, ut dicerent licere Superiori subditum cum reservatis ad se venientem audire, & ab iis tantum-

tummodo absolutum remittere
feriorem, ut à reliquis absolvat?
verò venia dimidiata sperari po
Domino c. *Sunt plures. 42. de P*
dist. 3. nec integritas confessioni
de Jure Divino.

Caput VIII.

Utrum Pœnitens, post pub
tum Jubileum, sinè nova licen
absolvi possit à casibus re
servatis?

188. De *Jubileo.*
189. *Inspicienda est formula facultati*
re Jubilei concessa.

188. AD imitationem veteri
stamenti *Levit.* 25. &
tutus est etiam Romæ Annus Jub
olim quidem centesimus quisque
trav. *Antiquorum. 1. de pœnit. &*
Deinde Quinquagesimus Extrav.
genitus. 2. eod. tandem vigesimus
tus Extrav. *Quemadmodum. 4.*

spensis extra Urbem, à tempore Sixti IV. per totum illum annũ quibuslibet indulgentiis plenariis quoad vivos, etiam in mortis articulo constitutos, ut fideles tantò avidiùs ad lucrandum plenariæ remissionis thesaurum ad Urbem recurrant. Quanquam post annum Jubileum Romæ peractum, ad instantiam Episcoporum, plenissimæ etiam indulgentiæ cum aliis gratiis & facultatibus, plerumque ad quindecim dies, singulis Diœcesibus à S. Sede Apostolica concedi soleant, ut anno 1676. ad suæ Celsitudinis preces etiam factum fuit in Diœcesibus Bambergensi & Herbipolensi.

189. Jubileum cùm sit privilegium universale concessum omnibus Christi fidelibus, ampliss imeque interpretandum, & extendendum ad omnes casus, qui speciali notâ digni non sunt, videtur quidem omne jurisdictionis limitatæ vinculum relaxare: quia tamen per Extravagantem *Etsi Dominici gregis.* 3. Pauli

Pauli II. *de Pœniten. & remiss.* res
dubia redditur, ut omnis ambigen
casio præscindatur, inspicere jura
mam facultatis Confessariis tem
Jubilei electis concessæ.

Caput IX.

Quid dicendum sit de In gentiis instar Jubilei concess

190. *Concessio amplissimarum qua indulgentiarum non tribuit exsli absolvendi à casibus reservatis.*

190. Concedere indulgentia modum Jubilei denota excellentiam ipsius Indulgentiæ copiosam remissionem omnium torum quoad pœnam: cui cùm tas absolvendi etiam à reservatis ni cessariò juncta sit, ejusdem con utpote in facto consistens, pr non potest, sed ab ipsomet S. Po est exprimenda: aliud est enim à quibuslibet pœnis unà cum rea

pæ Confessarii jurisdictioni subjectæ; aliud illimitatam facultatem concedi Confessariis à culpis etiam reservatis absolvendi.

Caput X.

De casibus Bambergæ & Herbipoli reservatis.

191. *Casus utrobique reservati.*
192. *De injectione violenta manuum in Clericos vel parentes.*
193. *De neglectu satisfaciendi piis Legatis.*
194. *De tertio casu reservato.*
195. *De homicidio.*
196. *De procuratione abortûs.*
197. *De perjurio judiciali.*
198. *De falsificatione publicarum litterarum.*
199. *Qua intelligatur per filiam spiritualem.*
200. *De fornicatione sacrilega.*
201. *De reliquis casibus reservatis.*
202. *De invalida absolutione complicis in crimine carnali opere consummato.*

191. Casus utrobique suæ Cels. reservati sunt: 1. *Injectio violenta ma-*

manuum in Parentes. 2. Negle
zisfaciendi pijs Legatis intra annum
Iterata Baptismi, Confirmationis
sacri cujuspiam ordinis susceptio.
Homicidium voluntarium, & ma
tum ad illud, nec non abortus a
fœtûs studiosè procuratus, effectu
cuto. 5. Falsitas testimony in
lati, publicarumq; litterarum falsi
6. Copula carnalis, etiam tam
tentata cum filia spirituali. 7. I
catio sacrilega cum persona Re
8. Notorius Concubinatus. Ul
Bambergæ jam ab antiquo reser
Episcopali subjacent enormis
Parentum, Percussio Clerici, He
verò Percussio Clerici, stuprum
tum, crimen Incendiariorum.
vis ex Decreto Clementis VIII.
tum sit Ordinariis locorum, ne
perfluè reservẽt casus in Bulla die
Domini legi consueta contentos
que alios sedi Apostolicæ speciali
servatos.

192. *De injectione violenta manuum sive in Clericos, sive in Parentes* constat, eam vel esse levem, vel mediocrem vel enormem secundùm se: Facilè tamen ex levi gravem effici, ratione loci, si fiat in loco publico, coram judice, vel multis id advertentibus cum scandalo &c: vel ratione personæ, si percussus sit Magistratus, Pater, Sacerdos &c: ùt optimè declarat Joannes XXII. in Extrav. *Perlectis.* & in dubio suadet Prælatis, ut potiùs inclinent, percussionem fuisse gravem, quàm levem, ne injuriantes de vicina absolutione confisi, de facili in atroces percussiones prorumpant.

193. Quantum ad *neglectum satisfaciendi pijs Legatis intra annum*, ex ipsismet terminis liquet, per illum intelligi quamlibet culpabilem omissionem sive ex parte Heredum, sive ex parte Executorum: nisi à testatore aliud tempus assignatum sit, cujus voluntas in his pro norma habenda est c. *Nos quidem. 3.* ibi: *cuncta secundùm voluntatem defuncti*

functi sinè altercatione construere [illegible] *Testamen.*

194. Circa *tertium casum* [illegible] itidem clara est ob spirituale ac in[illegible] bilem characterem per hæc tria Sa[illegible] menta impressum.

195. *Homicidium voluntarium* [illegible] casuale; vindicativum, non de[illegible] vum; injustum, non legitimum [illegible] debet, ut casum reservatum consti[illegible] quamvis ad incurrendam irregula[illegible] tem sufficiat homicidium quomo[illegible] bet factum, iis solis, quæ in neces[illegible] sui defensionem cum moderam[illegible] culpatæ tutelæ patrantur, c. *Qui* [illegible] *de homicid.* aut quæ post de[illegible] cautelam adhibitam, casualiter con[illegible] runt c. *Dilectus* 13. *eod.* exceptis.

196. *Procuratio abortûs* consi[illegible] applicatione studiosa cujusdam m[illegible] E.G. datione veneni aut potûs; [illegible] beratione; injunctione certi lab[illegible] ad eum finem scienter destinata &[illegible] ejiciendum mortiferè fœtum an[illegible]

tum, masculum post 40. dies, fœmellam post 80. à tempore conceptionis. Quòd si verò aut fœtus vitâ caruerit, aut de ejus animatione rationabile dubium fuerit, gravissimè quidem peccatur per studiosam ejusdem ejectionem; non tamen casus reservatus incurritur, cùm ad incurrendam reservationem attendatur res prout est à parte rei; casusque verè dubii non subjaceant reservationi.

197. Ut *Perjurium* sit casus reservatus, requiritur falsitas realis vel putativa, quarum utraque ad mendacium sufficit; & quòd committatur in legitimo judicio.

198. Quamvis autem *falsificatio*, seu crimen falsi, per ea, quæ passim tradunt DD. ad c. *Licèt ad regimen. 5. X. de crim. falsi.* pluribus modis fieri possit ac soleat: hìc tamen fraus circa publicas litteras, seu fingendo tales, seu aliquid in iis malitiosè immutando commissa requiritur.

199. Per *Filium spiritualem* hìc intelli-

telligitur Pœnitens, vel Filia abs
tante, fonte Baptismatis tincta, au
curæ Pastorali commissa: ita qui
ut Mas, non itidem fœmina casu
servatum incurrat. Ubi tamen
vandum est, ex c. *Quamvis 3.*
gnat. spirit in 6. tametsi Parochus
pœnitens vocetur Parochi aut C
sarii filia spiritualis: non aliunde
men, quàm ex collatione sacra
Baptismi, & Confirmationis, or
gnationem spiritualem, ita ut tum
clusâ licèt reservatione, detege
speciatim in Confessione hæc c
stantia, tanquam mutans specie
cati, quod videl. ex specie fornic
sacrilegæ transit insuper in speci
cestûs.

200. *Fornicatio sacrilega* non a
tur hìc pro ea, quæ certam luxuri
ciem ab aliis distinctam constitui
generaliter pro lapsu carnis volun
cum Religioso vel Religiosa com
mato.

201. De *notorio concubinatu, stupro violento, crimine incendiariorum, enormi offensa Parentum &c. per se clarum est, quid per singula intelligatur.*

202. Cæterum laudabiliter id quoque à Celsitudine sua 23. *Novembris* 1679. pro utraque Diœcesi statutum fuit, *complicem criminis carnalis opere consummati, extra mortis periculum à Confessario complice sacramentaliter absolvi non posse, jurisdictione cuilibet tali quoad hoc per Celsitudinem suam prorsus ademptâ,* ad evitanda scil. pericula majoris incitationis, & ne tollatur erubescentia, ut bene notat S. Thomas in 4. *sent. dist.* 19. q. 1.

DECAS VI.

De subjectione Regularium in
bratione Missarum, processio
verbi DEI prædicatione.

CAPUT I.

*S. C. Tridentini Decret
observandis in celebratio
missæ.

*DEcernit sancta Synodus,
narii locorum Episcopi
prohibere, atque è medio toller
curent, ac teneantur; quæ vel
idolorum Servitus; vel irreveren
ab impietate vix sejuncta esse p
superstitio, veræ pietatis falsa imi
induxit. Atque ut multa pauc
prehendantur, in primis, quod
ritiam pertinet, cujusvis generis
dum conditiones, pacta, & quidq
Missis novis celebrandis datur;

importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones potiùs, quàm postulationes, aliaq; hujusmodi, quæ à simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu non longè absunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreverentia vitetur, singulis in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publicè, & notoriè criminosus sit, aut sancto altari ministrare, aut Sacris interesse permittant; néve patiantur privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam & ad divinum tantùm cultum dedicata oratoria, abeisdem Ordinarius designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à sæcularibus, aut regularibus quibuscunque peragi; ac nisi priùs, qui intersint, decenter composito corporis habitu, declaraverint se mente etiam, ac devoto cordis affectu, non solùm corpore, adesse. Ab Ecclesiis verò musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lasciva, aut impura aliquid miscetur, item sæculares omnes actiones, vana,

atque adeo profana colloquia, dut
lationes, ſtrepitus, clamores arcu
domus Dei verè domus orationi ſ
deatur, ac dici poſſit. 'Poſtremo,
perſtitioni locus aliquis detur, tabb
pœnis propoſitis caveant, ne Sac
aliis, quam debitis horis celebren
ritus alios, aut alias caremonias, q
ces in Miſſarum celebratione adh
præter eas, quæ ab Eccleſia proba
frequenti, & laudabili uſu recep
rint. Quarundam verò Miſſarum
candelarum certum numerum, q
gis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à
ligione, inventus eſt, omnino ab
removeant: doceantq; populum,
& â quo potiſſimùm proveniat ſa
mi hujus ſacrificii tam pretioſus ac
ſtis fructus. Moneant etiam eund
pulum, ut frequenter ad ſuas par
ſaltem diebus Dominicis, & ma
feſtis, accedant. Hæc igitur omni
ſummatim enumerata ſunt, omnib
eorum Ordinariis ita proponenda

non ſo
pertin
ſacro
velut
man
ea in
ſticis
trio c
pella
empl
tudi
D
203.
204.
pr
205.
M
pra
206.
con
Par
207.
m
ter

non solùm ea ipsa, sed quæcunque alia huc pertinere visa fuerint; ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam velut delegati sedis Apostolicæ prohibeant, mandent, corrigant, statuant; atque ad ea inviolatè servanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant; non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque.

Caput II.
De Capellis Monachorum.

203. Origo Capellarum Monachorum.

204. Monachi Clericum in Capellis Episcopo præsentare debuerunt.

205. Vbi cura animarum incumbit ipsimet Monasterio, hodiedum Ecclesiasticus est præsentandus, ac præficiendus.

206. Religiosi non facilè, nec nisi cum certis conditionibus admittendi sunt ad regimen Parochiarum.

207. Regulares, quibus ubicunque cura animarum de populo incumbit, subjacent eatenus authoritati Episcopali.

203. Cùm olim Monachi ob incitatem administrandi Sa-
menta fidelibus, vel eos in propriis
clesiis ad sepulturam admittendi, d
mas ac alios Ecclesiarum fructus
possent percipere: non solùm Epi
sæpiùs, in eversionem Ecclesiæ pro
construxerunt atque dotârunt con
res Monachorum Conventus, ad
illis c. *Bonæ rei*. 75. XII. q. 2. quand
prohibitum fuerit, ex rebus Ec
rum, quibus præsidebant, non am
quàm quinquagesimam partem
modi fundationes impendere;
etiam Parochi, non desiderato E
porum consensu, ex nimia devo
decimas unà cum cæteris emolu
ad dies vitæ cessêre conventibus,
gatione altaribus serviendi retenta
quorum mortem deficiente in M
chis jure retinendi easdem Ecc
cum obventionibus supradictis, p
tas redemptionis Altarium introd
nonnullibi fuit, ut nimirum Mo

deinceps easdem Ecclesias, à nobiliori parte *Altaria* dictas, ab Episcopo tanquam supremo omnium suæ Diœcesis Ecclesiarum Antistite, redimerent, constituto ipsi annuo pecuniæ censu, pro institutione Vicarii seu Capellani quem & Personam vocabant, utpote sustinentem personam Ecclesiæ: in quem morem perversum multis invehuntur Gregorius VII. Ivo Carnotensis, Joannes Saresbariensis &c.

204. Quamvis autem redemptio Ecclesiarum sanctionibus Pontificiis, & Conciliaribus Decretis omnino sublata fuerit: tenebantur tamē Monachi in talibus Ecclesiis præsentare Episcopo Clericos celebraturos ibidem pro Populo Divina officia. *c. congregato.* 1. ✠ *de capell. Monach* donec lapsu temporis ipsimet Monachi ad publicè celebrandas in suis monasteriis missas à summis Pontificibus & Episcopis admissi fuerunt, in iis solummodo locis relicto iisdem onere præsentandi Episcopo Clericum,

in quibus extra monasterium jus p
natûs obtinebant c. *sicut nobis.* 2. ⁊
supple. negl. Pral.

205. De cura animarum ipsime
naster o incumbente quæstio es
test, *an ea committi possit hodie M*
cho Claustrali? quæ negativè resp
c. *un. de Capell. Monach.* in 6. ubi
DD. ne scil. inter illos de Congreg
ne notetur diversitas, & regulari
ventes habeant occasionem vagan
cumeundo Parochiam: putatq
gnanus magis indecens esse, ut p
gulos dies exeat è monasterio; ut
meat Parochiam Monachus, qu
semel tantùm eximatur à Claustr
rochiæque sæculari præficiatur
cùm ad Monasterium. 6. ubi ult.
de statu Monachor. atque tantò m
cùm Monachus ad curam exerce
nunquam debeat exire sinè socio
dinis c. *Monachi* 2. c. *Quod DEI*
rem. 5 ⁂. *de statu Monach.* ac pro
mutatis pro varietate temporum

uni post alterum occasionem facere possit vagandi extra clausuram, & domos mulierum visitandi, non absque gravi periculo relaxandi rigorem monasticæ disciplinæ.

206. Nec favor curæ, ùt optimè monet idem Fagnanus, hìc debet attendi, cùm æquè bene, imò congruentiùs illi per Ecclesiasticum Presbyterum satisfieri possit, quàm per Regularem etiam vitæ mixtæ addictum: quò respiciens Congregatio Lateranensis Canonicorum Regularium sub instaurationis suæ principium, Parochiis regendis censuit esse renuntiandum; hodieque non nisi urgente necessitate Ecclesiæ Parochialis ob Ecclesiasticorum penuriam, vel summâ ejusdem utilitate, dispensatur cum Regularibus etiam vitam mixtam professis, ut animarum curæ præficiantur, adjuncto singulis ejusmodi Parochis individuo ejusdem ordinis socio, & eâ solùm conditione, ut deducto victu, quod reliquum fuerit reddituum,

in pauperum & Eccleſiæ parochialis tilitatem impendant; ùt in libris pu cis S. Congregationis ad *ſeſ.* 24. adnotatum reperitur.

207. Sicubi verò vel in Eccleſiis cularibus, vel in ipſismet Conventi quibus cura animarum incumbit, Regulari diſpenſatum fuerit, ut exerceat, talis quantumvis exemp omnibus ad dictam curam pertu bus ſubjacet jurisdictioni, viſita & correctioni Epiſcopi Diœceſan

CAPUT III.

De expoſitione publica SS. chariſtiæ.

208. *Simplex ſacerdos, ſeclusâ neceſſita habet facultatem miniſtrandi fidelib chariſtiam.*

209. *Religioſis non licet exponere ſolem SS Euchariſtiam, niſi de conſenſu o miſſu Epiſcopi.*

208. SImplex ſacerdos ex vi poteſt ordinis, ſeclusâ neceſſitate

habet facultatem ministrandi fidelibus, sed consecrandi tantùm verum Christi Corpus, nisi accedente taci tâ vel interpretativâ saltem licentiâ eorum, quibus ex officio, ùt Pastoribus; vel ex privilegio, ùt Religiosis in propriis Ecclesiis, incumbit hoc munus.

209 Major difficultas est *an Regulares in suis Ecclesiis sinè speciali Episcopi locali licentia, exponere possint SS. Eucharistiæ Sacramentum à fidelibus adorandum?* quæ per distinctionem in publicis Decretis fundatam ita dispescitur, ut juxta Decretum S. Congregationis die 7. *Septembris* 1598. id liceat quandoque aperto solùm ostiolo Tabernaculi, vel in pixide velata; non autem in solemnitate sinè ordinarii licentia, prout eadem declaravit apud Gavantum 26. *Februarii* 1628. Quod posterius multò magis obtinet in expositione facienda à Confratribus in suis Oratoriis, aut Ecclesiis pro 40. horis, juxta resolutionem S. Congregationis

Episcoporum & Regularium 20 ...
1601. apud eundem.

Caput IV.

De Oratoriis privatis.

210. *Origo, improbatio, ac modificatio ... lorum domesticorum.*

211. *Quid excipi soleat in concessione ... rii privati.*

212. *Episcopi procul ab Vrbe remotius ... dum ex causa concedunt.*

213. *Soli Episcopi hodie ubique uti pos... tari portatili.*

214. *Quæ dicantur oratoria publica.*

215. *Speciale privilegium Iesuitarum.*

210 SAcellorum Domesticorum ... alia videtur origo fuisse, ... vanitas, indevotio, negligentia, ... bertinitas cultum Divinum instit... pro commoditate sua proprioque ... trio: quod enim de infirmis aut de... pitis obtenditur, laudabiliùs omitt... dum est, quàm cum tanto honoris ... vini præjudicio concedendum, tum

indignitatem loci subinde, tum ob irreverentias, tum ob scandala, tum ob indecentem subjectionem ministrorum Ecclesiæ, tum denique ob detentionem personarum complurium ab instructionibus ad salutem necessariis &c. ob quas & similes causas non tantùm jam olim à SS. Pontificibus, & Conciliis Agathensi, Turonensi, Aquisgranensi &c. talium oratoriorũ erectio vel graviter improbata, vel cum certis duntaxat conditionibus atque cautelis concessa; sed etiam novissimè à S. C. Trid *l. supra cit.* Decretum fuit, *ne Ordinarii locorum patiantur in privatis domibus, atque omnino extra Ecclesiam & ad Divinum tantùm cultum dedicata oratoria ab iisdem Ordinariis designanda & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi.*

211. Circa quæ verba inprimis notandum est, talem in oratorio privato celebrandi facultatem, urgentissima de causa, concedi, *salvo interim jure Parochia*

chialis Ecclesiæ non modò quoad
mas, primitias, & alias oblationes
etiam quoad ministrationem sacra
torum Baptismi, Eucharistiæ prop
cepto Paschatis, & per modum Vi
solennizationem matrimonii, p
peliendi, portionem Canonicam
tum extra dies Paschatis, Natalis D
ni, Epiphaniæ, Ascensionis, Pen
stes, Corporis Christi, omniu
Annuntiationis & Assumptionis
V. Natalis S. Joannis Baptistæ, P
Ecclesiæ, Dedicationis, & siqui
mi dies in festivitatibus habentur
clusisque personis in diebus obl
nis sub privilegio non compreh
nec nisi in loco decente ac remo
omni usu profano, ita ut nec Sup
pars ejusdem Domûs Oratorio c
spondens à quoquam occupetur,
nævé aut nocturnæ hominum co
sationi deserviat: ac proinde loc
Commissariis Episcopalibus acc
lustrabitur ante actualem ejusde

Oratorio designationē & approbationē: item an Altare & paramenta facta sint juxta formam & normam præscriptam.

212. Deinde, licèt Episcoporum potestas hoc Decreto restricta, & à c. *Missarum*. 12 *de consecr. dist.* 1. nonnihil recessum fuerit, quò minùs alicui nunc ordinariè, sinè gravi causa necessitatis, facultatem hujusmodi, imò in locis Romæ vicinis ne quidem ob infirmitatem pro viatico, concedere possint: occurrente tamen casu necessitatis in regionibus ab Urbe remotis hodiedum dispensant, observatis præcautionibus supradictis *n.* 211. ita tamen, ut una tantùm missa singulis diebus, exceptis solemnioribus suprà expressis, quibus ne unam quidem dicere licet, celebrari possit, nec altera superaddi, quamvis etiam principalis Dominus primæ missæ non interfuerit: & quin benedicantur, aut immunitatis privilegio gaudeant, vel subjaceant violationi.

213. Quod autem Religiosis quibusdam, ex indulto Sixti IV. Alexandri VI.

aliorumque SS. Pontificum, licet
ferrtur, ut non solùm in oratoriis,
quocunque alio loco congruente
honesto, super altari portatili Missa
lebrare possint: locum non habe
tempora S. Concilii Tridentini,
postea de novo tale privilegium
postolica Sede iisdem concessum,
ordinariis locorum recognitum
adeò quidem ut soli Episcopi ho
quocunque loco tuto ac honesto
re possint altare viaticum, & in eo
brare, ac facere celebrari c. *fin.*
vil. in 6. privilegio eorum, juxt
sionem in causa *Lombardiæ* 17
1630. factam, per cit. S.C. Trid
tum nullatenus imminuto: *cum fa*
sa non deceat Episcopos transire
rationabili causa ullam diem cit.

214. Et quoniam S.C. Trid.
solùm Episcopis prohibet ne pe
tant, ut celebretur in locis extra
siam, & extra Oratoria ad Div
cultum tantùm dicata: patet, abiis

concedi posse licentiam, etiam in locis Romæ propinquis, ut celebretur in oratoriis publicis, seu ad Divinum tantùm cultum dedicatis, dummodo non sint in privatis domibus, quia tunc juxta complures declarationes S. Congregationis Concilii, censentur privata tantùm, nisi habeant ostium immediatè respondens viæ publicæ, & in ea nullus aditus, aut prospectus ex privatis ædibus pateat.

215. At si Oratoria Divino cultui tantùm dedicata extiterint in Monasteriis Ordinariâ vel Apostolicâ authoritate fundatis, certum est fratribus Prædicatoribus & Minoribus permitti posse ab Ordinario loci, ubi tamen ea priùs visitaverit, cultuique Divino apta repererit, ut in iisdem super Altari fixo, minimè verò in Altari portatili, celebrent. Secùs est de Jesuitis, quibus à Gregorio XIII. indultum fuisse dicitur, ut sinè alia Episcopi approbatione, in illorum domibus in oratoriis à Provinciali approbatis

batis celebrare liceat tum aliis facti
tibus, tum ipsismet Jesuitis.

Caput V.

De celebratione missæ co Episcopo.

216. *Facienda à Sacerdote celebraturo Episcopo usque ad Evangelium.*
217. *Episcopus ejus Diœcesis, in qua n gitur, à quolibet expressè nomina Canone; minimè verò Generali.*
218. *Quomodo danda sit Pax post Agn*
219. *De benedictione, & recessu ab A*

216 SI Episcopus loci adstiter ficio Missæ, celebranti Regularis erit, dispositio calice in libroque aperto, ad infimum gr cornu Evangelii expectare signu choandi, quo dato, factâ primi natione profundâ Episcopo, qu gandæ licentiæ causâ, debitam reverentiam exhibet, & aliquam conversus ad illud faciendo con nem; ad verba *Tibi Pater*, & *Te*

coram Episcopo Caput humiliter, ùt ante missam, demittit; ac dicto *Oremus*, profundâ reverentiâ Episcopo rursum delatâ, ante infimum Altaris gradum accedens, inter consendendum recitat *Aufer à nobis &c.* & solito ritu missam prosequitur usque ad Evangelium: quo finito, immediatè pòst, si legendum sit Symbolum; vel si dicendum non sit, lecto offertorio, Missale defertur ad Episcopum à ministro non se inclinante, nisi postquàm Episcopus illud osculatus, & ipsum clausum fuerit. Ipse verò celebrans nec librum deosculatur nec dicit *Per Evangelica &c.*

217. In Canone, non solùm præsente Episcopo, sed ubilibet per totam Diœcesin à quibusque Sacerdotibus, etiam prorsus extraneis, celebrantibus specificè exprimendum est nomen Episcopi Diœcesani, quod absque læsione charitatis & temeritatis nota neutiquam omitti; sed nec in Ejus locum nomen Generalis ordinis citra mortale peccatum sub-

ſubſtitui poeeſt, ùt multoties de
tum, & à S. Congregatione Ritu
Novembris 1615. apud Gavantum
os reconfirmatum fuit, neque m
dum, cùm Sacerdos nomine toti
puli offerat, ac proinde adſtantiu
piſcopus nominandus ſit: eo ſolùm
ùt Hippolytus Tonellius putat, ex
quo ſacerdos in aliena Diœceſi
proprio Epiſcopo in Ejusdem o
privato, præſente ſolâ familiâ, ce
quo vult nominandum eſſe pro
Epiſcopum, cùm tunc idem ſit,
ret in ſua Diœceſi. *Sacr. Ench*
Tit. 14. n. 9.

218. Cæteris deinde juxta r
Miſſalis ex ordine peractis, dan
Agnus DEI. Pax cum inſtrume
lum coloris paramentorum in
brio appenſum habente, quod
ſterad dexteram Celebrantis ge
ctens dexterâ elevatum tenet ſup
tare, donec ſecretò dicatur ora
mine JESU Chriſte: quâ comple

deoſculatione altaris per celebrantem factâ, miniſter ſi xis adhuc genibus, Inſtrumentum ei porrigit oſculandum, Presbyteroque dicenti *Pax tecum* Reſpondens *Et cum ſpiritu tuo*: factâ Sacramento genuflexione deſcendit ad Epiſcopum, ante quem nullâ inclinatione præmiſsâ conſiſtens, Inſtrumentum in loco deoſculando, manu ſiniſtrâ leviter priùs abſtergit velo pendente è manubrio, illudque oſculandum porrigens, ait: *Pax tecum*. factâque tunc primùm Epiſcopo reverentiâ, ſi plures ſint, eodem ordine aliis etiam offert; ac tandem in cornu Epiſtolæ ſuper Altare reponit.

219. Benedictionem in fine miſſæ daturus, Capite priùs pro obtinenda benedicendi licentia erga Epiſcopum profundè inclinato, adſtantes ex ea parte, in qua non eſt Epiſcopus, benedicit; finitoque Evangelio cum reverentia ſe ultimò ad Epiſcopum adſtantem demiſsè convertens, modeſtè recedit.

CAPUT

Caput VI.

De prohibitione Episcopa[illegible] Regulares in Ecclesiis suis, absq; [illegible] tia Episcopali, Sacerdotes extran[illegible] liósve celebrare prohibitos, a[illegible] lebrandum admittant.

220. *Ad celebrandas missas admitti[illegible] bent ignoti.*

220. Episcopus Ordinarius [illegible] gularibus non tantùm [illegible] hibere potest; sed debet, ad e[illegible] sacrilegas fraudes sæpiùs com[illegible] das, si quique passim, non visi[illegible] Episcopo vel Ejusdem Vicari[illegible] mendatitiis, admissi fuerint ad [illegible] officia celebranda. Quapropt[illegible] lantiores Episcopi ordinare sole[illegible] singulis etiam Regularium ex[illegible] rum Sacristiis Episcopale ma[illegible] prohibitorium cum insertione [illegible] rum tum adversùs celebrantem [illegible] contra sacristas aut præfectos Ec[illegible]

rum quantumlibet exemptarum aliquem absque licentia admittentes publicè affigatur. Quem morem Barbosa in collectaneis ad S. C. Trid. *sess. 23. Refor. c. 16. n. 10.* laudatum refert in *Neapolitanæ, 17. Aug. 1630.* & Celsitudo sua in utraque diœcesi introduxit.

CAPUT VII.

De Processionibus & precibus publicis.

221. *Quæ sint litaniæ majores.*
222. *Quæ dicantur processiones publicæ.*
223. *Exempti ad processiones accedere tenentur, certis quibusdam exceptis.* (rum.
224. *Non valet hic communicatio privilegio-*
225. *Episcopus adversùs Regulares inobedientes procedere potest ad censuras.*
226. *De precibus 40. horarum.*
227. *De processionibus ipsorummet Religiosorum.*

221. PRocessiones publicæ sunt, quæ vel fiunt in litaniis majoribus, quarum tres sunt in Jure (1.) *S. Marci* à S. Gregorio I. *lib. 2. Regist.* primùm ad

ad S. Petrum indictæ (2.) *Rogatio*
quæ jam tempore S. Mamerti Ep
Viennensis circa A. C. 452. ima
S. Augustinum, ùt non obscurè co
tur ex Ejusdem *serm.* 175. *de temp.*
gilia Ascen. in usu fuerunt (3.) (
Christi ab Urbano IV. ad instan
Thomæ Aquinatis, loco Archie
patûs Neapolitani sibi ab hoc Pa
ti, institutionē solemnem hujus
nicè desiderantis introductæ, c.
men. *de Reliq. & vener. Sanctor.*

222. Vel secundùm consuet
antiquam locorum pro bono p
clesiæ, aut pro victoria contra
reportata; sive in adventu novi E
seu aliàs ob bonum publicum E
minente peste alióve flagello, p
petrando bono Pastore à DEO;
in Jubilæo &c. qua in restatur a
Episcopi, quæ sint istæ proces
magna causa, vel pro bono pub
dicendæ, requisito ad id solùm C
sui consilio, minimè verò consé

Congr. Rituum *in Elborensi* 28. *Martii* 1628. resolutum fuisse testatur Aldanus.

223. Ad publicas ejusmodi processiones exempti omnes tam Clerici, quàm Regulares, etiam Monachi, per edictum saltem ad extraordinarias vocati, interpellante quoad ordinarias die pro homine, tenentur accedere: iis tantùm exceptis, qui substrictiore clausura perpetuò vivunt S. C. *Trid. sess.* 25. *Regular.* c. 13. aut ultra dimidium miliare distant à civitate *constit.* 41. *B. Pii* V. aut studiis tantùm & lectionibus vacant, ùt idem B. Pius V. loquitur constit. *Etsi Mendicantium*. quale privilegium etiam PP. Theatinis à Pio IV. concessum, & à B. Pio V. Constit. *Immarcescibilem*. Idib. *Febr.* 1567. confirmatum fuit.

224. Qua in re speciatim notandum est, ne solemnes ejusmodi processiones reducerentur ad solos Clericos & confraternitates, singulariter cautum esse, quò minùs in haç materia lo-

eus sit communicationi privilegi
utpote nimium quantum hìc ob
maximè si processiones ob neces
publicam fiant, cùm rogare Deu
salute Populi tam exemptis, quà
exemptis incumbat: quo argume
reniſſima Reſpublica Veneta
dum utitur, mutato nonnihil
giorum à S. Sede uni vel alteri
ni conceſſorum tenore.

225. At si Regulares vocati,
ſpecialis privilegii munimine fo
lent ad publicas proceſſiones
scopo indictas accedere: S. C
en. cenſuit, illos ab eodem
poſſe, etiam per cenſuras, ùt ag
Congregatio Rituum *in Ferrar*
Julii 1609. & *in Toletana 4. Ju*
magisque declaravit Gregor
Conſtit. *Inſcrutabili* in qua, uti
Conc. Tridentino, licèt expr
certi caſus, ſuperiùs tamen *n. 73.*
ſum eſt, per expreſſionem illa
excludi eundem procedendi mo

aliis casibus, ubi subticentur censuræ: maximè cùm alias pœnas diversimodè eludere possint; non autem censuras & propè, & procul æqualiter ferientes ac eundem effectum habentes.

226. Quæstio supereſt, de precibus 40. horarum: circa quas declaravit S. Congregatio, Regulares compelli non posse ab ordinario loci, ut extra propria monasteria pro earum celebratione ad Ecclesias alienas accedant; atque sufficere, si toti Populo indicantur, quòd in suismet Ecclesiis earundem precum persolutione fungantur.

227. Quoad processiones à Regularibus ipsismet instituendas extra Claustra, constat ex declaratione S. Congregationis Concilii 2. *Julii.* 1620. apud Peyrinum, illos eatenus subesse Episcopis; ac regulariter extra monasterii & Ecclesiæ ambitum, citra Episcopi vel Parochi talis districtûs consensum, educere non posse processiones.

Caput VIII.

De Controversiis Præcede
Regularium.

228. *Occasio & Iudex ejusmodi contro*
rum.

229. *Norma facilis earundem termina*

228. Occasione interventûs i
cessionibus, exequiis,
liis actibus publicis, suboriri no
quam solebant inter Religioso
Ecclesiastici propter Hierarchi
dinem Religiosos semper & ubiq
dunt) controversiæ de præced
scandalosiores, quò minùs h
mundi vanitatibus mortuos sect
ejusmodi fumum: qui ne facilè pl
pusillos offendere posset, à S. C.
sess. 25. Reg. c. 12. prudenter ord
est, ut deinceps Episcopus peric
simul & ridiculas ejusmodi lites,
appellatione quoad effectum su
rum semotâ, & non obstantibus q

cunque, summariè, ac sinè Judicii figura componat.

229. Ubi quamvis ante Constitutionem Gregorianam Episcopis difficile fuerit, stantibus Religionum quarundam privilegiis, & ob controversam earum antiquitatem, ex qua supponebatur desumendam esse pro determinando hoc præcedentiæ ordine Regulam, differentias ex abrupto enatas confestim decidere: hodie tamen constitutio *Exposcit*. Gregorii XIII. 15 *Julii*, 1583. definitionem facillimam reddidit, jubendo, ut attendatur vetus observantia loci, quæ optima regulatrix in hac materia dicitur: at si de consuetudine, seu quasi possessione juris præcedendi non constet, attendatur antiquitas receptionis sive fundationis in singulis locis: ita tamen ut Fratres mendicantes semper & ubique monachis cedant, ac firma remaneat quoad alios actus singulares, non collegialiter, peragendos antiquitas vel prærogativa cujusque Religionis, juxta

illum ordinem, quem Prælati vel G
nerales in Pontificia Capella obserua

Caput IX.

Quatenus subjiciantur Episcopis Regulares publicè concionaturi?

230. *Episcopi vel per se, vel per idoneos ſ
tutos prædicare debent.*

231. *Prædicante Episcopo, aliis concio
ſupersedetur.*

232. *Quid requiratur in Regularibus n
naturis in Eccleſia tum propria, tu
na.*

233. *Concionatores Regulares ab Epiſc
ligari poſſunt ad profeſſionem fidei,
cauſis puniri.*

234. *Subterfugium quorundam Religio*

230. QUanta ſit Episcoporum
gatio ad prædicandum,
S. Scriptura, tum SS. Canones &
ciliorum Decreta commonſtran
pleritamen ea poteſt per ſubſtitu
C. Trid. *ſeſ. 5. refor.* c. 2. exiſtente

timo impedimento: quale est si propter multiplices bonum Ecclesiæ suæ concernentes occupationes, aut defectum virium, vel hostiles incursus &c. per seipsos ministrare non possint verbum DEI c. *Inter cætera.* 15. ✠. *de offi: ordi.* quo casu assumendi sunt ab ipsis viri idonei ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum, qui vitâ & conversatione suâ præ se ferant illud, quod gregi annuntiant; nec tam inventiones suas ad aucupandum popularem applausum, quàm Verbum Divinum in ostensione spiritûs ac veritatis sincerè & ex DEO proponant, ut non evacuetur crux Christi 1. *Corin.* 1. v. 17.

231. Prædicante Episcopo, id est, eo tempore, quo sive ab ipsomet Episcopo, sive ab alio per Eum deputato habetur concio in Ecclesia Cathedrali, cæteri omnes, etiam Regulares in suis Ecclesiis, exceptis duntaxat Parochis, silere debent Extrav. *Inter cunctas. 1. §. Caveant de privil.* quorum videlicet est, lo-

GI 36

quente Magistro, discere; non dou
nisi forsan aliud circa hoc Diœcesa
permitteret, vel in studiis general
prædicarent illis diebus duntaxat,
bus sermo ad Clerum fieri solet, &
lemniter prædicari seu in fune
mortuorum, seu in specialibus Re
rium festis, quibus casibus conc
poterunt cum Diœcesanis in pra
tione.

232. Olim poterat iis etiam Pa
impertiri licentiam concionandi
pria Parochia: modò autem Ro
Merlinum id ad Episcopum d
spectare resolvit: si Jesuitas excep
quibus à Gregorio XIII. conce
feritur, ut consentiente Parocho
nari possint in quolibet loco, ubi
sit Ordinarius, dummodò à superi
suis ad id muneris deputati sint, &
quo ordinario semel approbati. Q
tiam ex præsumpta voluntate Epi
rũ de aliis doctis & ab ordinario qu

semel approbatis, atque à superioribus suis licentiam prædicandi habentibus Religiosis Parocho aliàs notis, bis vel ter per annum similiter fieri posse videtur. Extra quos casus, Regulares in alienis Ecclesiis concionaturi, ultra superiorum suorum facultatem, Episcopi quoque licentiam seu scriptam, seu Verbalem habere tenentur S. C. Trid. *l. cit.* quam hic idoneo sibi præsentato denegare non potest, nec approbatum sinè rationabili causa à prædicatione suspendere. In propriis autem Ecclesiis concionaturos, satis est præsentare se personaliter coram Episcopo, & ab eodem petere benedictionem, antequam prædicare incipiant, dummodò Episcopus expresse non contradicat *sess. 24. refor. c. 4.* constit. *Inscrutabili*, quod temperamentum, post varias difficultates, à Card. Montano in Synodo Tridentina suggestum, tantò facilius ab Episcopis & Religiosis unanimi consensu laudatum fuit, quòd & foveret authoritatem Epi-

piscoporum; & grave non esset R
laribus domi concionaturis, q
haud displicet tantilla submissio.

233. Licet insuper Episcopis à R
laribus instantibus pro licentia co
nandi exigere professionem fidei
non pridem decisum fuisse te
DD. in *Nullius Provinciæ Ravi*
15. *Septembris* 1629. & siqua in re
ca petitionem licentiæ aut bene
nis defecerint, eosdem punire,
nis etiam Ecclesiasticis coërcen
Lateran. *sess.* 11. S C. Trid. *sess.*
c. 2. constit. *Inscrutabili* & pe
Urbani VIII. in forma brevis
dinalem Sandoval Episcopum
nensem 30. *Ianuarii* 1629. direc
maximè si defectus ab ipsome
quentis Regulari Superiore or
trahat, ad quem certè tunc fru
curritur, pro inobedientis, vel
causa prædicationem tangente pa
Religiosi coërcitione.

234. Gravissima controversia

Populus ab ordinario compelli possit ad audiendam sacram Concionem in Ecclesia Parochiali: quamvis etiam iisdem diebus in Monasteriis conciones haberi soleant? Dum S. Conc. Trid. cit. *sess. 24. c. 4.* decernit: *moneat Episcopus Populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi commodè id potest, ad audiendum verbum DEI.* Qua in re satis describi vix potest, quantùm se Regulares, & alii torqueant, ad sensum intentionibus suis congruum eliciendum. Nec mirum tantum atramenti passim in hac causa à partibus sparsum fuisse, si ex anteriore historia recolimus, A. C. 1334. adeò sævas inter Clerum, & Religiosos Ordines SSS. Augustini, Dominici, & Francisci exarsisse hanc ob rem lites in Bohemia, ut ad pugnas, verbera, & sanguinis profusionem quandoque hinc indè processerint.

235. Ego, ut sensus meos sincerè depromam, assero ex vetere usu Ecclesiæ

Parochianis incumbere, ut diebu
minicis & festivis in Parochialibu
clesiis suis conveniant: Quamob
tam inter antiqua SS. Pontificum D
ta S. Burckardus Wormaciensis E
pus ex formula Visitationis Paroc
à S. Eutychiano Papa & Martyr
A. C. 260. condita hanc Interro
nem 66. refert: *Est aliquis, q
tempto suo Presbytero, in aliam P
amiret ad Ecclesiam, & ibi com
caret?* Quod in Concilio Ca
nensi I. sub Marco P. circa A. C.
continuò deinceps ab aliis pro
ac observari præceptum fuit: ad
Sacerdote 63. de consecr. dist. 1.
Sacerdote (id est, *Parocho* arg.
cuit 3. de Pœniten. dist. 6. & c. om
✠ *. de pœniten. & remission.*) verb
Ecclesia faciente, de auditorio e
entes incurrerint gravissimam Ex
municat onis pœnam, quæ semp
trinsecè culpam supponit. Qu
bio procul respexit S. Tridentina S

dus, adhibitâ voce *Teneri*, quæ Synonyma est cum voce *obligari*, & præceptum importat *Clem. Exivi. 1. de* V. S. L. *Illud quæsitum. 32. §. Sitidem. 1. ff. ad* L. A. suppositio tamen, quòd id commodè fieri possit; sive, quòd Parochianus à quolibet impedimento rationabili liber sit, quale quidem foret, morbus, peregrinatio, infestatio latronum aut militum, vel qualecunque negotium tunc rationabiliter suscipiendum.

236. Nec obstat, quòd sæpedictum S. Concilium *monendi*, non verò *compellendi* aut *Præcipiendi* voce utatur: Cùm etiam S. Paulus in materiis de præcepto non semel eandem *monendi* vocem usurpaverit *Act. 20. v. 31. 1. Thess. 5. v. 12.* & subjecta illico vox *Teneri* satis obligationem Parochianorum declaret, expresso insuper cit. *sess 5. c. 2.* tempore, *diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus, sibi commissas plebes, pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis &c.* ut nihil sit, quod Authores

nes genuinum & evidentem S. T
Concilii ſenſum propriâ author
contra claram Pii IV. prohibitio
ad aliud, quàm ipſa littera ſonat, di
quentes excuſet. Nam quod no
mo de indulgentiis conceſſis à S.
iis, qui conciones Regularium
rundem Eccleſiis audiunt, ſugge
auditione per modum ſupererog
nis, impletâ videl. obligatione a
di concionem parochialem; ve
quæ fit, ſi rationabili de cauſa Pa
lis audiri non potuit, intelligend
ne privilegiorum uſus diſcipli
ſanctiſſimas univerſalis Eccle
ctiones enervet; ac, quæ gravi
Caniſii ad illud Evangelii *Ego ſu
ſtor bonus*: animadverſio fuit, c
muni Paſtorum neglectu, omnis
lorum, hæreſum, atque ſchiſmatu
& fomes procedat.

237. Quia verò ex Confrater
bus res hæc potiſſimùm oritur, ab
ſcopis & Parochis monendus eſt

lus, minimè ipsum propterea ab universali Ecclesiæ præcepto de audienda concione Parochiali, cui æquiparatur ea, quæ in Cathedrali haberi solet, exolvi. Et quoniam Regulares nonnunquam, ad subterfugiendam petitionem benedictionis aut licentiæ Episcopalis, sub prætextu simplicis cujusdam Devotionis, E.G. recitationis Rosarii, assumptâ occasione insinuandi Confr tribus modum satisfaciendi muneri sibi per ingressum ejusmodi pii Cœtûs suscepto, veras conciones efformant: meritò id illis per ordinarios prohiberi debet ac solet, nisi conditiones à S. C. Tridentino prærequisitas, n. 232. adductas observent.

Caput X.

Historia Constitutionis: *Inscrutabili.* cum adjectis Ejusdem Declarationibus, & aliis Apostolicis Constitutionibus subsecutis.

238. *Origo Constitutionis*: Inscrutabili.

239.

239. *Hæc constitutio de jussu & nomi-*
pa concepta.
240. *Ejus tenor.*
241. *Irritus contra eandem Religio-*
conatus.
242. *Dubia adversus eam mota.*
243. *Resolutio dubiorum.*
244. *Vrbani VIII. Constitutio:* cùm
accepimus.
245. *Innocentii X. Constitutio:* cùm
accepimus: *in causa Episcopi Ange-*
tani, & Religiosorum Soc. IESV.

238. DElatâ ad S. Congregati
Concilii à Cardinali E
po Gyennensi querelâ adversùs
dam Exemptos ordinum mil
delinquentium in iis, quæ funct
Parochiales concernunt, delibe
fuit, an non expediret ultra Decr
C. Tridentini, per generalẽ con
onem declarari, Episcopis comp
facultatem coërcendi exemptos
Ecclesiasticos, quàm Regulares in
dictis casibus quomodolibet d
quentes. Cui cùm accessisset i

Congregatione Regularium alia deliberatio de remediis abusuum circa Monasteria monialium Regularibus subjectarum, Cardinalis Ubaldinus utriusque Congregationis tunc insigne membrum, ad evitandam Legum multiplicitatem, proposuit è re sibi videri, ut in præfata Congregatione Concilii simul ageretur de necessaria provisione quoad monasteria monialium, & hoc caput etiam insereretur Constitutioni prædictæ quod reliqui omnes approbârunt.

239. Quare post habitam sessionem in S. Congregatione Concilii die 17. *Decembris* 1622. cùm Patres de punctis evulgandæ Constitutionis convenissent; sedensque tunc Pontifex Gregorius XV. omnibus annuisset, minuta Bullæ sequentis confecta, & à sanctitate sua approbata fuit.

GRE-

GREGORIUS Episcopus Servus Servorum DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

240. *INscrutabili DEI Providentia universalis Ecclesiæ regimi-*
"ritis licèt imparibus, præsidentes
"storalis nostræ sollicitudinis partem
"dignoscimus, in eam curam præ-
"incumbere, ut à dignis, & probatis
"tùm Sacerdotibus sanctè ad-
"strentur Ecclesiastica Sacramen-
"que ut virginum DEO sacrarum
"nasteria diligentissimè custodi-
"& Viri assumantur idonei ad pa-
"tionis officium salubriter exer-
"dum.

§. 1. *Sanè Tridentinæ Synodi-*
"tis providè cautum est, nullum
"byterum etiam Regularem,
"Confessiones sæcularium, etiam
"cerdotum, audire, nec ad id ido-
"reputari, nisì aut parochiale be-

ium habeat, aut ab Episcopis, per exa-
men, si illis videbitur esse necessarium,
aut aliàs idoneus judicetur; & appro-
bationem, quæ gratis detur, obtineat.

§. 2. *Nec non ut in monasterijs, seu*
domibus virorum, seu mulierum, qui-
bus imminet animarum cura perso-
narum sæcularium, præter eas, quæ
sunt de illorum monasteriorũ, seu lo-
corum familia personæ; tam regula-
res, quàm sæculares ejusmodi curam
exercentes, subsint immediatè in iis,
quæ ad dictam curam, & Sacramen-
torum administrationem pertinent,
jurisdictioni, visitationi, & correctio-
ni Episcopi, in cujus diœcesi sunt sita,
Itemque ut Episcopi universi, sub ob-
testatione Divini judicii, & intermi-
natione maledictionis æternæ, in o-
mnibus Monasteriis sibi subjectis or-
dinariâ; in aliis vero Sedis Apostoli-
cæ authoritate clausuram Sanctimo-
nialium, ubi violata fuerit, diligenter
restitui, & ubi inviolata est, conservari

maxi-

"maximè procurent; inobed
"atque contradictores per cens
"cleſiaſticas, aliasque pœnas, q
"que appellatione poſtpoſitâ, co
"centes.

§. 3. *Atq; ut Regulares in*
"ſuorum ordinum prædicare
"ſe coram Epiſcopis præſentar
"eis benedictionem petere te
"in Eccleſiis verò, quæ ſuorum
"num non ſunt, nullo modo p
"poſſint ſinè Epiſcopi Licen
"tradicente autem Epiſcopo
"etiam in ſuorum ordinum
"prædicare præſumant.

§. 4. *Verùm quia experi*
"pertum eſt, Eccleſiaſtici R
"rationes poſtulare, ut decre
"modi aliquid adjungatur: m
"liberatione noſtrâ, & ex cert
"ac de Apoſtolicæ poteſtatis
"dine, hâc generali, ac perpet
"râ Conſtitutione decernimus
"mus, & declaramus, ut deinc

"re
"lib
"pe
"ſe
"vi
"R
"b
"af
"in
"ap
"di
"Sa
"ad
"au
"eju
"ne
"&
"ce
"ſt
"ſi
"re
"nu
"tu
"r

"regulares, quàm sæculares quomodo-
"libet exempti, sive animarum curam
"personarum sæcularium monasteriis,
"seu domibus regularibus, aut quibus-
"vis aliis Ecclesiis, vel beneficiis sive
"Regularibus sive sæcularibus incum-
"bentem exerceant; sive alias Eccleſi-
"astica Sacramenta, aut unum ex illis
"ministrent prævia Episcopi licentia &
"approbatione, sive quoquomodo in
"dictæ curæ exercitio, aut in eorundem
"Sacramentorum vel alicujus ex illis
"administratione de facto absque ulla
"auctoritate se ingerant: in his, quæ
"ejusmodi curam, seu administratio-
"nem concernunt, omnimodæ jurisdi-
"ctioni, visitationi, & correctioni dioe-
"cesani Episcopi, tanquam Sedis Apo-
"stolicæ delegati, plenè in omnibus
"subjiciantur. Adhæc tam Regula-
"res, quàm sæculares hujusmodi
"nullis privilegiis, aut exemptionibus
"tueri se possint, quò minùs, si delique-
"rint circa personas intra septa degen-
tes,

"tes, aut circa clauſuram, vel
"norum adminiſtrationem Mo
"orum Monialium, etiam regu
"ſubjectarum, ab Epiſcopo loci
"ter tanquam ad hoc Sedis Apo
"delegato, quoties, & quando e
"rit, puniri, & corrigi valeant.

§. 5. *Confeſſores verò ſive R*
"ſive ſæculares quomodocu
"xempti, tam Ordinarii, quàm
"ordinarii, ad Confeſſiones M
"um, etiam Regularibus ſubje
"audiendas nullatenus deputa
"niſi priùs ab Epiſcopo Diœ
"donei judicentur, & approb
"quæ gratis concedatur, obtine
"& adminiſtrantes bona ad e
"Monaſteria Sanctimonialium
"fertur, etiam Regularibus ſ
"rum, pertinentia, ſive Regula
"terint, ſive ſæculares, quomo
"exempti, Epiſcopo loci, adhi
"iam Superioribus regularibus
"annis rationes adminiſtrationis

"tamen exigendas, reddere teneantur,
"ad idque juris remediis cogi, & com-
"pelli queant. Liceatque Episcopo,
"ex rationabili causa Superiores regu-
"lares admonere, ut ejusmodi Confes-
"sores, atque Administratores amove-
"ant; iisque superioribus id facere de-
"trectantibus, aut negligentibus, habe-
"at Episcopus facultatem prædictos
"confessores, & Administratores amo-
"vendi quoties, & quando opus esse ju-
"dicaverit. Ac similiter possit Episco-
"pus, una cum Superioribus regularibus
"quarumcunque Abbatissarum, Prio-
"rissarum, Præfectarum, vel Præposita-
"rum eorundem monasteriorum quo-
"cunque nomine appellentur, electio-
"nibus per se, vel per alium interesse, ac
"præsidere; absque ulla tamen ipsorum
"monasteriorum impensa.

§. 6. *Ac demum habeat Episcopus*,
"tanquam dictæ Sedis delegatus aucto-
"ritatem coërcendi, ac puniendi quos-
"cunque exemptos tam sæculares,

quàm

"quàm regulares, qui in alienis
"ſiis aut quæ ſuorum ordinum
"absque Epiſcopi licentia; & in
"ſiis ſuis, aut ſuorum ordinum,
"titâ illius benedictione, aut
"tradicente, prædicare præſum
"Ita ut Epiſcopi in ſupraſcriptis
"in prænominatas perſonas, in
"ſis omnibus & ſingulis, aut
"quoquo modo delinquentes,
"&quando opus fuerit, etiam
"tationem, per cenſuras Eccle
"aliquasque pœnas, uti ejusd
"delegati, procedere, omne
"risdictionem exercere liber
"valeant.

§ 7. *Decernentes, ſi per*
"Judices quâvis auctoritate
"etiam Sacri Palatii Auditores
"Sanctæ Romanæ Eccleſiæ C
"ſublatâ eis & eorum cuilibet
"aliter judicand & interpretan
"tate, & auctoritate, judicari, &
"debere; irritum quoque &

"fecùs ſuper his à quoquàm quâvis au-
"ctoritate ſcienter, vel ignoranter con-
"tigerit attentari.

§. 8. *Non obſtantibus Conſtitutioni-*
"bus, & Ordinationibus Apoſtolicis
"in favorem quarumcunque perſona-
"rum, atque ordinum tam Mendicanti-
"um, quàm non Mendicantium, Mili-
"tiarum, etiam S. Joannis Hieroſoly-
"mitani, Congregationum, Societa-
"tum, ac cujusvis alterius inſtituti, etiã
"neceſſariò, & in individuo exprimen-
"di, Monaſteriorum, Conventuum,
"Capitulorum, Eccleſiarum, & aliorum
"quorumcunq; tam ſæcularium, quàm
"regularium, locorum, nec non illo-
"rum etiam juramento, confirmatione
"Apoſtolicâ; vel quâvis firmitate aliâ
"roboratis Statutis, vel Conſuetudini-
"bus, etiam immemorabilibus; exem-
"ptionibus quoque indultis, & privile-
"giis, etiam in corpore juris clauſis, aut
"ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limi-
"ne fundationis conceſſis, etiam mari

G1
36

"magno, seu Bulla aurea, aut alias
"cupatis; Conservatorum deputa
"bus, eorumque, atque aliis inhibi
"bus, quibus Episcopi deferre m
"teneantur; & quibusvis aliis, sub
"buscunque tenoribus, & forma
"cum quibusvis etiam derogator
"derogatoriis, aliisque efficacio
"& insolitis clausulis, nec non
"tibus decretis, etiam Motu pro
"ex certa scientia, ac de Apostol
"testatis plenitudine, aut alia
"modolibet, etiam per viam com
"cationis, seu extensionis conce
"iteratis vicibus approbatis, &
"tis; etiam si pro illorum suffic
"rogatione de illis, eorumque
"noribus & formis specialis &
"dua, ac de verbo ad verbum, n
"tem per clausulas generales ide
"portantes, mentio, seu quævis
"pressio habenda, aut aliqua alia
"sita forma servanda esset; teno
"jusmodi, ac si de verbo ad verb

"hil penitus omisso, & formâ in illis trā-
"ditâ obſervatâ, inſerti forent, præſen-
"tibus pro expreſſis habentes, quibus
"quoad ea, quæ eisdem præſentibus ad-
"verſantur, illis aliàs in ſuo robore
"permanſuris, ſpecialiter, & expreſsè
"derogamus; cæterisq; contrariis qui-
"buscunque.

§. 9. *Cæterùm quia difficile foret, præ-*
"ſentes litteras ad ſingula quæque loca
"deferri, ut ex tamen omnibus inno-
"teſcant, mandamus illas ad valvas La-
"teranenſis, & Principis Apoſtolorum
"de Urbe Baſilicarum, atque Cancella-
"riæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Flo-
"ræ publicari; & inibi affigi, & per ali-
"quod temporis ſpatium dimitti, eisq;
"detractis, earum exempla eo in loco re-
"linqui, &c. Datum Romæ apud San-
"ctum Petrum, Anno Incarnationis
"Dominicæ M DC XXII. Nonis Fe-
"bruarii, Pontificatûs Noſtri Anno II.

241. Super hujus Bullæ revocatione narrat candidiſſimus P. Hyacinthus Do-

natus Laynensis celeberrimi ord
Prædicatorum (qui tunc temporis
mæ præsens fuit plurimis sessionib
Conventu S. Mariæ super Minerv
ctis) ab omnibus ferè Generali
Procuratoribus ordinum, ac alio
gnibus Religiosis, coram dicto
Prædicatorum Generali F. Sera
Sicco Papiensi, diu consultum, a
dem, post discursus prolixos, co
sum fuisse, in voce & scriptis à se
mandum esse S. Pontificem supe
nore & fama, aliisque prætensi
minibus, quæ ex dicta Bulla fl
narent: prout de facto per Emi
mos Religionum Protectores
Papæ supplicârunt, ut dignaretur
& considerare dicta prætensa gr
na, quæ erant ferè quadraginta
folio typis dato congesta: quod
pro expeditione, juxta praxim,
reportâsse testatur.

242. Cumque aliàs, ad augen
ùt plerumque fieri solet, difficul

ſuper eadem Conſtitutione tredecim dubia poſt Gregorii XV. mortem, propoſita fuiſſent hoc ordine:

1. *Poſitâ ejusmodi Conſtitutione dubitatur*, An liceat Epiſcopis viſitare altaria regularium Eccleſiarum, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit, aut loca, ubi in iisdem Eccleſiis aſſervatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur confeſſiones perſonarum ſæcularium?

2. *An Epiſcopi poſſint regularibus præſcribere*, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel aliàs illorum privilegia reſtringere, ac moderari in ſacramentis adminiſtrandis.

3. *An facultas Epiſcopis per Conſtitutionem* attributa in exemptos tam ſæculares, quàm regulares, intelligatur etiam tributa in perſonas nullius diœceſis.

4. *An eadem facultas competat inferiori-*

"rioribus Prælatis proprium terri
"um, ac jurisdictionem quasi Ep
"palem habentibus.

5. *An per eandem Constitutio*
"illis verbis possit Episcopus u
"superioribus regularibus quar
"Abbatissarum, &c: electionib
"vel per alium interesse, ac pr
"jus Abbatissas confirmandi Ep
"attributum censeatur.

6. *An Confessores Monialium*
"ditam Constitutionem deput
"beant ab Episcopo examinari,
"probari.

7. *An superiores regulares*
"ante ipsius Constitutionis pu
"nem electi, seu deputati aliâ in
"Episcopi approbatione pro co
"onibus Sanctimonialium sibi
"ctarum audiendis.

8. *An Confessiones, quas aud*
"periores regulares electi, seu de
"vel confirmati post publicatio
"scientiam tenoris dictæ Bull

"obtentâ Episcopi approbatione, sint "nullæ, atque irritæ, nec ne.

9. *An regulares generaliter ab Epi-* "scopo approbati ad confessiones per- "sonarum sæcularium audiendas, cen- "seantur etiam approbati ad confessio- "nes Monialium sibi subjectarum.

10. *An regularis ad audiendas Confes-* "siones Monialium unius Monasterii "ab Episcopo approbatus confessiones "Monialium alterius Monasterii audi- "re possit.

11. *An confessores regulares extraor-* "dinarii semel ab Episcopo deputati, & "approbati ad audiendas Monialium "confessiones pro una vice infra annum "ad præscriptum S. Concilii Triden- "ni, possint, virtute dictæ approbatio- "nis, pluries tanquam confessores ex- "ordinarii earundem confessiones au- "dire absque nova Episcopi licentia.

12. *Cùm in eadem Constitutione sta-* "tutum sit, ut liceat Episcopo ex ratio- "nabili causa superiores regulares ad-

"monere, ut amoveant confeſſion
"nialium atque adminiſtratores
"rum ad eadem Monialium mini
"pertinentium, iisque ſuperiori
"facere detrectantibus, habeat Ep
"pus facultatem prædictos confeſ
"& adminiſtratores amovendi q
"& quando opus eſſe judicaveri
"ejusmodi cauſam Epiſcopus ſup
"ribus regularibus ſignificare t
"tur.

13. *An eadem Conſtitutio*, qu
"ſupponit Epiſcopi jurisdictio
"lares delinquentes circa perſo
"gentes intra ſepta monaſterio
"beat locum in omnibus delict
"rò ſolùm in notoriis, & cum
"lo populi.

243. S. Congregatio Concili
no VIII. Ejusdem declaration
relatam approbante, ita reſpond

Ad primum dubium reſpondit,
"ſcopis non licere in vim ejusde
"ſtitutionis viſitare altaria Eccle

Re

"Regularium, quibus non incumbit a-
"nimarum cura personarum sæculari-
"um, nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis
"asservatur Sanctissimum Eucharistiæ
"Sacramentum, vel ubi confessiones
"personarum sæcularium audiuntur.

Ad secundum. Hac in parte Constitu-
"tionem nihil novi juris induxisse, nec
"ullam novam authoritatem Episcopis
"in Regulares attribuisse: ideoque in
"vim ipsius Constitutionis non posse E-
"piscopos Regularibus præscribere, ut
"certis tantùm in locis, ac temporibus,
"aut certarum personarum Confessio-
"nes audiant, vel aliàs illorum privile-
"gia in Sacramentis administrandis re-
"stringere, aut moderari. Quòd si a-
"liundè Episcopis hujusmodi facultas
"competat, illam non fuisse ab eadem
"constitutione sublatam.

Ad 3. Censuit ejusmodi facultatem
"non intelligi tributam Episcopis in
"personas nullius diœcesis.

Ad 4. Non competere.

Ad 5. Jus confirmandi Abbatiſſ
"nimè fuiſſe Epiſcopis per Conſti
"nem attributum.

Ad 6. Confeſſores quidem extra
"narios Monalium nullatenus
"poſt Conſtitutionem illarum C
"ſiones audire, nisi priùs ab Ep
"dicœceſano idonei judicentur,
"probentur. Ordinarios verò
"feſſores ante Conſtitutionis p
"tionem deputatos poſſe, durar
"ennio ab eorum deputatione
"ando, pergere in Confeſſionib
"timonialium audiendis abs
"examine, & approbatione E
"Quòd ſi contingat, ut illorum
"à Sede Apoſtolica ultra trienni
"rogetur, tunc debere eos ab E
"examinari, & approbari.

Ad 7. Superiores Regulares
"ſeu deputatos ante ipſius conſt
"nis publicationem, quibus ali
"facultas competat audiendi C
"ſiones Monialium ſibi ſubjecta

"posse, durante eorum officio, pergere
"sinè alia Episcopi approbatione in
"Confessionibus audiendis illarum tan-
"tùm, quæ sponte ac proprio motu id
"ab eis petierint. At verò eos, qui post
"Constitutionem eligentur, aut quo-
"quo modo deputabuntur, vel qui in
"eorum officiis, seu dignitatibus, ex-
"pleto jam tempore à Constitutioni-
"bus cujusque ordinis vel aliàs legiti-
"mè præfinito, ad aliud tempus confir-
"mabuntur, nequaquam posse Sancti-
"monialium Confessiones audire, nisi
"priùs à Diœcesano Episcopo idonei
"judicati, atque approbati fuerint.

Ad 8. Confessiones hujusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad 9. Regulares generaliter ab Epi-
"scopo approbatos ad Confessiones
"personarum sæcularium audiendas, ne-
"quaquam censeri approbatos ad audi-
"endas Confessiones Monialium sibi
"subjectarum; sed egere quoad hoc spe-
"ciali Episcopi approbatione.

Ad 10. Regularem ad audiend
"fessiones Monialium unius Mon
"rii ab Episcopo approbatum, n
"posse audire Confessiones Mon
"alterius Monasterii.

Ad 11. Confessores extraordin
"mel deputatos, atque approb
"Episcopo ad Monialium confe
"pro una vice audiendas, haut
"pluries in vim approbationis e
"di illarum Confessiones audire
"Episcopo toties esse approb
"quoties casus deputationis o
"rit.

Ad 12. Non teneri ejusmo
"significare Superioribus Regu
"sed hoc relinqui arbitrio, & p
"tiæ Episcoporum quorum co
"tiam sacra Congregatio serio
"vit, ne facultate sibi hac in parti
"butâ quoquo modo abutantur
"rei in districto Dei judicio rat
"reddituri.

Ad 13. Constitutionem habe

"in omnibus delictis, non autem in no-
"toriis tantùm, & cum populi scan-
"dalo.

244. Nec obstant hodie qualiacunq; privilegia, utpote penitus abrogata post Urbani VIII. Constit. *cùm sicut accepimus 12. Septembris* 1628. quæ sic habet:

Cùm sicut accepimus, aliquibus Reli-
"giosis quorundam ordinum, seu Con-
"gregationum à Sede Apostolica indul-
"tum fuerit, ut sacramentales personarum
"rum sæcularium confessiones audire
"valeant, etiam si ab Episcopis Diœce-
"sanis ad id examinati, & approbati non
"fuerint; nec desint, qui temerè asseve-
"rent, hoc ipsum privilegium cæteris
"quoque aliorum ordinum Regulari-
"bus competere, ex amplissimis privile-
"giorum communicationibus, quas ab
"eadem Sede Apostolica obtinuerunt;
"& hinc saluberrimum Sacri Concilii
"Tridentini decretum desuper sancitum
"penitus evertatur,

§. 1.

§. 1. *Nos huic malo opportune*

"videre volentes, de Ven. Fratrum
"ſtrorum S.R.E. Cardinalium nos
"Regularium præpoſitorum con
"omnia, & ſingula indulta hujus
"audiendi ſæcularium confeſſion
"que ordinarii examine, & approb
"ne, quibusvis Collegiis, Cap
"Religionibus, Societatibus, &
"Societati JESU, Congregation
"ordinibus, tam Mendicantium,
"non mendicantium, necnon
"chorum quorumcunque etiam
"Benedicti, Ciſtercienſiũ, & C
"enſiũ, ac etiam quibusvis Mili
"am Hoſpitalibus Sancti Joann
"roſolymitani, ac quibuscunque
"ſiis etiam Patriarchalibus, &
"politanis, Monaſteriis, cæteris
"cis piis, ſive eorum, & earum
"ctivè Abbatibus, Præpoſitis, D
"Magiſtris, Miniſtris, Prælatis,
"bus, Rectoribus, etiam Gener
"vel Provincialibus, Capellanis,

"feſſariis, aut aliis quocunque nomine
"nuncupatis Superioribus, & perſonis
"quibuscunque, etiam quomodolibet
"exemptis, ac Sedi Apoſtolicæ imme-
"diatè ſubjectis, cujuscunque dignita-
"tis, præeminentiæ, & conditionis ex-
"iſtentibus, & quovis privilegio muni-
"tis, & tam ad ſupplicationem partium,
"quàm motu proprio, & ex certa ſcien-
"tia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis pleni-
"tudine hactenus quandocunque, &
"qualitercunque ex quavis, etiam de
"neceſſitate exprimenda cauſa, & aliàs
"quomodolibet conceſſa, Apoſtolicâ
"auctoritate, tenore præſentium revo-
"camus, caſſamus, tollimus, abroga-
"mus, & annullamus, viribuſque & ef-
"fectu evacuamus, ac revocata, caſſa,
"ſublata, abrogata & annullata, viri-
"busque & effectu vacua eſſe, & fore,
"nec Religionibus, Societatibus, etiam
"Societati JESU, Congregationibus,
"Ordinibus ac Militiis & Eccleſiis, Mo-
"naſteriisque prædictis, eorumque Su-

perio-

"perioribus, & personis quibuscu
"impostetum ullo modo suffraga
"nusque illos, & illas, etiamsi de
"cialis, specifica, & expressa, ac
"bo ad verbum mentio habenda
"indultis hujusmodi uti posse.

§. 2. *Præsentes verò litteræ,*
"contenta quæcunq; etiam ex
"quicunque in præmissis interc
"bentes, seu habere prætenden
"hoc vocati & auditi non fuer
"subreptionis vel obreptionis vi
"intentionis nostræ, vel alio
"que defectu notari, impugnar
"gui, in jus vel controversiam
"ad terminos juris reduci, aut
"illas quodcunque juris, gratia
"cti remedium impetrari
"posse, sed illas semper valida, fir
"ces existere, & fore, suosque p
"& integros effectus sortiri &
"re.

§ 3. *Sicq; per quoscunque*
"dinarios, & delegatos, etiam ca

"Palatii Apostolici Auditores, ac S. R.
"E. Cardinales etiam de Latere Legatos
"& Nuntios, sublatâ eis, & eorum cui-
"libet quâvis aliter judicandi, & inter-
"pretandi facultate, & auctoritate, ju-
"dicari, & diffiniri debere, ac irritum &
"inane quicquid secùs super his à quo-
"quam quâvis auctoritate, scienter vel
"ignoranter contigerit attentari, decer-
"nimus, & declaramus.

§ 4. *Non obstantibus præmissis, ac qui-*
"busvis constitutionibus & ordinatio-
"nibus Apostolicis, privilegiis quoque
"indultis, & litteris Apostolicis, &c.

Datum Romæ apud S. Mariam ma-
"jorem sub Annulo Piscatoris, die XII.
"Septembris 1628, Pontificatûs Nostri
"Anno sexto.

245. Et post aliam Innocentii X. 16. *Aprilis* 1648 in causa Episcopi Ange-lopolitani seu *de la Puebla*, & Religio-sorum Societatis JESU in Indiis occi-dentalibus commorantium editam, quæ

simi-

GI
36

similiter incipit: *cùm, sicut accep*
& sic habet:

Càm sicut accepimus, aliqu
"ortæ differentiæ inter Vener. Fr
"annem Episcopum Angelopol
"sive populi sanctorum Angel
"Indiis Occidentalibus exuna,
"ctos filios Clericos Regulares
"tatis JESU partibus ex altera,
"per munere prædicationis ver
"in propriis eorundem Clerico
"gularium, petitâ solùm Epi
"dictione; quàm in alienis Ecc
"titâ, & obtentâ ab eodem Epi
"œcesano licentiâ exercendi,
"super Confessionibus laico
"endis prævio examine, sive
"one ejusdem Episcopi dicœc
"dicti Clerici Regulares in vi
"legiorum prædictæ Societat
"lica auctoritate concessorum
"prio jure licere prætendeban
"per in partibus fuerit deve
"plures actus judiciales, &

"Clericorum Regularium hujusmodi
"ad electionem Conservatorum privi-
"legiorum hujusmodi: Nobisque tam
"dicti Joannis Episcopi, quàm eorun-
"dem Clericorum Regularium nomine
"pro sopiendis differentiis hujusmodi
"quædam dubia decisionem differenti-
"arum præfatarum, nec non jurisdictio-
"nem ordinariorũ in exemptos, & ipso-
"rum Clericorum Regularium exem-
"ptionem à Jurisdictione ordinarii con-
"cernentia fuerint proposita, ad quæ
"ambæ partes responderi, & quid de-
"super observandum sit auctoritate
"Nostrâ Apostolicâ statui, & stabiliri
"desiderabant. Nos qui omnium fi-
"delium, & præsertim Ecclesiasticorum
"quieti libenter incumbimus, differen-
"tias prædictas totumque negotium,
"peculiari Congregatione aliquorum
"Venerabilium Fratrum Nostrorum
"sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali-
"um, & Dilectorum filiorum Romanæ
"Curiæ Prælatorum examinandam

com-

GI
36

"commisimus, qui auditis sæpiu
"curatoribus prædicti Joannis Ep
"pi, nec non Procuratore Gener
"cietatis prædictæ, negotio matu
"scusso, omnibus dubiis & petitio
"hinc indè propositis respond
"prout sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio à Sanctiss
"Nostro deputata super contro
"vertentibus inter Episcopum d
"rum in Indiis Occidentalibus, d
"giosos Societatis JESU, sæpiu
"tis Procuratoribus ab eodem I
"po ad Urbem ablegatis; nec
"us Societatis Procuratore G
"negotioque accuratè discusso,
"prædictos Religiosos nequaqu
"se in Civitate, & Diœcesi Ang
"litana personarum sæcularium
"siones audire sinè approbatio
"scopi Diœcesani, nec verbu
"prædicare in Ecclesiis sui Ordi
"petitâ ipsius benedictione; n
"liis Ecclesiis sinè ejus licentia,

"Ecc
"trac
"Epi
"De
"am
"stit
"qua
"den
"osis
"lice
"run
"ner
"na e
"ut à
"bi D
"ob
"sis
"lent
"ùt
"ejus
"tè,
"fulm
"feri
"Epi

"Ecclesiis etiam sui ordinis ipso con-
"tradicente; & contravenientes ab
"Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ
"Delegato coërceri, & puniri posse eti-
"am censuris Ecclesiasticis in vim Con-
"stitutionis sanct. mem. Gregorii XV.
"quæ incipit *Inscrutabili DEI provi-*
"*dentiâ*, ac proinde memoratis Religi-
"osis, qui hujusmodi approbationem, &
"licentiam se obtinuisse non docue-
"runt, potuisse Episcopum, seu ejus Ge-
"neralem Vicarium præcipere sub pœ-
"na excommunicationis latæ sententiæ,
"ut à Confessionibus audiendis, & Ver-
"bi DEI prædicatione abstinerent; nec
"ob eam causam licuisse dictis Religio-
"sis quasi à manifestis injuriis, & vio-
"lentiis eligere Conservatores, eosque,
"ut præfertur, electos, in Episcopum,
"ejusque Vicarium Generalem indebi-
"tè, ac nulliter excommunicationem
"fulminâsse. Cæterùm Congregatio
"seriò in Domino hortatur, ac monet
"Episcopum, ut Christianæ mansuetu-

dinis

"dinis memor, erga Societatem
"quæ laudabili suo Instituto in
"sia DEI tam fructuosè laborat
"sinè intermissione laborat, pa
"gerat affectu, eamque in regim
"clesiæ suæ perutilem adjutr
"gnoscens, benignè foveat, ac
"suæ benevolentiæ restituat, q
"modum S. Congregatio ips
"rum confidit, sibique certò po
"cùm ejus Zelum, pietatem, ac
"lem sollicitudinem comper
"at. Datum Romæ die 16.
"1648.

Et præmissorum occasion
"prædicti Joannis Episcopi,
"Religiosorum Societatis J
"dem congregatione propo
"runt diversa dubia de ma
"ctissimi resolvenda, quæ q
"Congregatio sæpiùs auditis,
"missis, nec non Procuratore
"li ipsius Societatis, negotioq
"rè perpenso ad singula dubia

"que
"quo
Pr
"cipi
"tini
"cut
"cun
"præ
"infr
"re
"spon
"larib
"cret
"serv
"in q
"Cor
"res
"ni, &
"licer
"lam
Sec
"cedi
"Reg
"bus

„que parte proposita respondit ordine
„quo sequitur.

Primò, An in casu, quo Episcopus præ-
„cipiat decreta aliqua Concilii Triden-
„tini à Regularibus observari, & exe-
„cutioni demandari, Regulares qui-
„cunque etiam Societatis JESU sub
„prætextu quòd hujusmodi præcepta
„infringant sua privilegia, possint elige-
„re Conservatores: Congregatio re-
„spondit, si Episcopus præcipiat Regu-
„laribus etiam Societatis JESU, ut de-
„creta aliqua Concilii Tridentini ob-
„servent, ac exequantur in illis casibus,
„in quibus per ipsum Concilium, vel
„Constitutiones Apostolicas Regula-
„res exempti subjiciuntur jurisdictio-
„ni, & correctioni Episcopi, minimè
„licere ipsis Regularibus ob eam cau-
„sam Conservatores eligere.

Secundò, An quando ordinarius pro-
„cedit, juris ordine servato adversùs
„Regulares exemptos in casibus, in qui-
bus per Concilium Tridentinum vel

con-

"constitutiones Apostolicas ipsi
"ciuntur, possint Conservatores
"ces assignare. *Resp.* ùt ad prom
"non posse.

Tertiò, An Regularibus etiam
"tatis JESU asserentibus se habe
"vilegia, quó minùs obediant E
"in executione Decretorum ju
"munis, Concilii Tridentini,
"stitutionum Apostolicarum,
"rii debeant ipsi adhibere fide
"exhibitione hujusmodi pr
"rum: *Resp.* Ordinarios no
"hujusmodi assertioni fide
"absque integrali privilegio
"bitione.

Quartò, An in casu, qu
"quicunque etiam Societatis J
"hibeant aliqua privilegia, &
"judicent ea non suffragari cau
"agitur, & ad rem non facere,
"res præfati possint, & debea
"care ad summum Pontificem
"partibus Indiarum remot

"Metropolitanum, sive Ordinarium vi-
"ciniorem, vel potiùs possint hoc casu
"eligere judices conservatores? *Re-*
"*spondit*, si verba privilegiorum sunt
"obscura, & ambigua, non licere recur-
"rere ad Metropolitanum, vel vicinio-
"rem Episcopum, nec Conservatores
"eligere, sed ad Summum Pontificem
"pro interpretatione esse abeundum.

Quintò, utrum Constitutio fel. re-
"cord. Gregor. XV. circa Conservato-
"res Regularium publicata Anno 1621.
"cum declarationibus Eminentissimo-
"rum S. Congregationis Concilii Inter-
"pretum desuper editis æquè afficiat, &
"comprehendat Religiosos Societatis
"JESU, ac reliquos Regulares, ita ut o-
"mnia alia præfatæ Societatis privilegia
"fuerint reducta ad terminos dictæ
"Constitutionis, & sic in posterum de-
"beant ab iis eligi Conservatores juxta
"formam, & tenorem præscriptæ Con-
"stitutionis? *Respondit* hujusmodi Con-
"stitutionem cum declarationibus, ùt

"præfertur, editis æquè afficere
"osos Societatis JESU, atque
"ordinum, & Conservatores
"præscriptum esse eligendos,
"stantibus quibusvis privilegiis,
"quæ omnia sunt redacta ad
"ipsius Constitutionis.

Sextò, An Regulares præd
"ti ære alieno, vel ad ratiocinia,
"stamentorum executores po
"veniri coram ordinario, si Co
"tores non nominaverint intra
"habile ab ordinario præscrip
"*spond.* Regulares in causis pr
"ram Ordinario loci esse co
"dos, si ad præscriptum Cons
"san. nem. Gregorii XV. Co
"res elegerint, ipsumque elect
"cumentum intra præfinitum
"in actis curiæ ipsius Ordinarii
"hibuerint, ac dimiserint.

Septimò, An dicti Regulares
"vatores sive ad jura, sive ad p
"tuenda assumentes teneantur

"ercitium commissionis præstare cau-
"tionem coram Ordinario, sive alio ju-
"dice competente de judicio sisti, &
"judicatum solvendo, casu quo in lite,
"seu causa succubuerint? *Resp.* Non
"teneri.

Octavò, An quando Episcopi jura,
"vel decimas Cathedralium adversùs
"Regulares prædictos dote suâ spolian-
"tes Ecclesias coram Judice competen-
"ti tuentur, librosque, memorialia, &
"allegationes producunt, jus Eccleśia-
"rum Cathedralium exprimentes, &
"acquisitiones Religiosorum, aliaque id
"genus adnumerantes, hujusmodi scri-
"ptorum occasione possunt Regulares
"nominare Conservatores prætenden-
"tes injuriam sibi inferri in referendo
"immoderatas acquisitiones? *Resp.* Si
"Episcopi pro tuendis juribus Cathe-
"dralium Ecclesiarum coram Judice
"competenti hujusmodi scripta produ-
"cant, & regularium immoderatas ac-
"quisitiones veraciter, & modestè re-

"ferant, non licere ob eam causam
"Conservatores recurrere.

Nonò, Utrum Regularis quicu
"etiam Societatis JESU possit ad
"strare Sacramentum pœniten
"cularibus absque licentia Epis
"œcesani, etiamsi in alia dicœc
"piscopo approbatus sit: *Respon*
"gulares etiam Societatis JESU
"Dicœcesi ab Episcopo approb
"confessiones personarum sæcu
"audiendas nequaquam posse
"Dicœcesi hujusmodi confessi
"dire sinè approbatione Episc
"cesani.

Decimò, An Episcopus eos
"Regulares audientes in sua
"confessiones sæcularium abs
"probatione, vel concionatore
"licentia Episcopi intra & extra
"Ecclesias, possit procedere,
"libus ministeriis removendo
"ceptis, & aliis juris remediis
"do: *Respondit* Eisdem Regu

"qui confessiones personarum sæcula-
"rium audiunt sinè approbatione Epi-
"scopi loci, vel prædicant in Ecclesiis
"sui ordinis, non petitâ illius benedi-
"ctione, aut in aliis Ecclesiis absque i-
"psius licentia, vel in Ecclesiis etiam sui
"ordinis ipso contradicente, posse E-
"piscopum in vim Constitutionis fel. re-
"cord. Gregor. XV. quæ incipit Inscru-
"tabili DEI providentia, tanquam Se-
"dis Apostolicæ Delegatum admini-
"strationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac
"munus prædicationis interdicere, eos-
"que juris remediis coërcere, & puni-
"re.

Undecimò, An quando Episcopo con-
"stat dictas licentias obtentas non fu-
"isse, ipse possit præcipere, ut donec li-
"centiam intra præscriptum tempus ex-
"hibeant, à tali ministerio abstineant; &
"an requirendus sit per Episcopum pro
"his exhibendis Provincialis in alia di-
"œcesi, vel longissimè existens, vel ipsi
"Regulares Confessarii, vel eorum su-

"periores ejusdem Diœcesis, in
"prædicta exercentur: *Resp.* Poss
"scopum sic præcipere, nec pro
"modi licentiis requirendum esse
"vincialem sed satis esse ipsos Reg
"requirere, aut eorum Superi
"diœcesi Episcopi existentes.

Duodecimò, An si contingat,
"quis prædictorum Regularium
"gat contra Episcopum in propr
"cesi maledictis, scripto, vel dic
"pulum scandalizando, possit
"scopo puniri, & quâ animadv
"& quid si hujusmodi delinqu
"siverit ad aliam diœcesim hoc
"vandum sit; & quâ pœnâ pu
"sit Regularis qui commoran
"diœcesi, spargat famosos libell
"tra ordinarium alterius diœces
"*spondit*: Si Regularis intra clau
"gens extra ea in casibus in d
"pressis ita notoriè deliquerit,
"pulo scandalo sit, Episcopo i
"teneri Superiorem Regularem

"tempus ab eo præfigendum severè il-
"lum punire, ac de punitione Episco-
"pum certiorem facere; alioquin sic de-
"linquentem ab Episcopo puniri posse
"ad præscriptum Concilii Tridentini,
"*cap. 14. sess. 25. de Regularibus*; quod
"si delinquens ad aliam diœcesim mi-
"graverit, servandum esse quod præci-
"pitur in Constitut. san. mem. Clem.
"VIII. Incip. *Suscepti munerisrario.*

Decimò tertiò, An Conservatores no-
"minati, & electi à Regularibus præscri-
"ptis ante exercitium suæ jurisdictionis
"authenticum documentum exhibere
"debeant coram ordinario sub pœna
"nullitatis actuum: *Respondit* utique te-
"neri.

Decimò quarto, An privilegia, quæ
"sunt contra jurisdictionem Ordinarii,
"& quibus gaudent, & gaudere præ-
"tendunt Regulares præfati, debeant
"Episcopis notificari, seu insinuari;
"*Respondit*, Regulares teneri hujusmo-

"di privilegia Episcopo exhiber
"uti voluerint.

Decimò quintò, An prædia
"metallorum fodinæ, Sacchari
"næ à Regularibus Societatis,
"possessa, vel aliæ domus sæcula
"quibus videlicet unus, vel duo
"lares tantùm commorantur,
"privilegiorum Collegiorum
"ventuum: *Respondit* non gaud

Decimò sextò, utrùm Regula
"scripti apothecas quarumcuno
"cium, macella, & similia, pr
"prope Collegia, seu Conven
"centes possint ab Ordinario
"suris inhiberi ne hujusmodi e
"*Respondit* non posse Episcop
"prohibere Regularibus exerc
"si in præmissis ita notoriè de
"extra claustra, ut populo scand
"servandum esse quod dictum
"in responsione ad duodecimu

Decimò septimò, Utrùm Re
"etiam Jesuitæ, in suis prædiis,

"nis,
"sitis
"spe
"cra
"trin
"cha
"mer
"nus
"din
"uor
D
"tati
"pos
"& si
"*Resp*
"ver
"pro
Pr
"dia
"nun
"aud
"*Re*
"qui
"ster

"nis, aliisque suis domibus sæcularibus "sitis intra limites Parochialium ad se "spectantium possint administrare Sa- "cramenta Baptismatis solemnis, Ma- "trimonii, Extremæ unctionis, & Eu- "charistiæ in festo Paschatis famulis, "mercenariis, rusticis, sive aliis id ge- "nus hominibus sæcularibus absque or- "dinarii vel Parochi licentia: *Respondit* "non posse.

Decimò octavò, Utrùm Patres Socie- "tatis in civitate, & diœcesi Angelorum "possint consecrare vasa sacra, altaria, "& similia, in quibus unctio requiritur. "*Respondit* itidem non posse. Pro parte "verò Religiosorum Societatis JESU "proposita fuerunt infrascripta dubia.

Primò, An Episcopi in partibus In- "diarum possint ex integro totum u- "num monasterium, vel Collegium ab "audiendis confessionibus suspendere: "*Respondit* Episcopos Indiarum posse "quidem omnibus simul unius Mona- "sterii, vel Collegii Confessariis adi-

G1 36

"mere facultatem audiendi Con
"nes personarum sæcularium etia
"consultâ sacrâ Congregatione Ep
"porum, & Regularium negotiis
"positâ, cùm decretum ab ea edit
"die 20. Novembris 1615. ex ina
"nis defectu, & conveniential
"non extendatur ad regiones
"longè ab urbe dissitas. Verùm
"generali suspensione, quæ
"scandalo & animarum pernic
"ting re potest, abstinendum
"scopis, nisi gravissimâ subsist
"sâ, super quo S. Congrega
"conscientias graviter volum
"ratas.

Secundò, An Episcopus Re
"pro Confessionibus semel appr
"sinè nova causa suspendere po
"pis Confessionibus audiend
"*spondit* Regulares aliàs liberè
"scopo prævio examine approb
"audiendas confessiones perso
"sæcularium ab eodem Episc

"spendi non posse sinè nova causa, eâ-
"que ad confessiones ipsas pertinente.

Tertiò, An Bulla Pii V. 34. in ordine,
"tom. 2. Bullarii, concessa instante, &
"supplicante Serenissimo Rege Catho-
"lico, non ad petitionem Regularium,
"sit revocata in Bullis summorum Pon-
"tificum, in quibus exemptiones Re-
"gularium mitigantur: *Respondit* agen-
"dum cum Sanctissimo, an velit decla-
"rare Bullam non esse revocatam, illam
"tamen non suffragari, nisi in locis ubi
"est defectus Parochorum.

Quartò, An Episcopus possit cum cen-
"suris procedere contra Regulares ex-
"emptos, si inobedientes fuerint in
"confessionibus audiendis, vel prædica-
"tione Verbi DEI, & hoc an vigore
"Concilii Tridentini, vel per quem Ca-
"nonem: *Respondit* posse procedere non
"quidem in vim Concilii Tridentini,
"sed in vim Constitutionis Gregorii
"XV. quæ incipit, *Inscrutabili DEI*
"*providentia.*

GI 36

Quintò, An licentia audiend
"fessiones, & prædicandi ab Ep
"per litteras missivas, an solùm
"teras patentes Cancellariæ
"possit: *Respondit* posse concedi
"per litteras missivas si ita Epis
"debitur.

Sextò, An talis licentia ori
"scripturi concedi possit; *Resp*
"ad proximum.

Septimò, An facultas eligen
"servatores concessa Societati
"XIII. suffragetur illis in locis,
"bus non adsunt judices Synod
"*spondit* privilegium Gregor
"suffragari, ut Societas non te
"illis eligere Conservatores,
"do tamen in reliquis servetu
"Constitutionis Gregor. XV. h
"editæ.

Octavò, An Conservatores S
"Vicarios Generales Episcopo
"ctoritate Apostolicâ per sente
"censuras, & pœnas Ecclesiastic

"pellere possint virtute Bullæ Gregor.
"XIII. incipien. *Æquum reputamus*.
"Datum ultima Februarii 1573. *Respon-*
"*dit* posse à manifestis injuriis, & vio-
"lentiis eos compescere etiam censuris,
"& pœnis Ecclesiasticis. Datum Romæ
"die 16. Aprilis 1648. Quapropter ut
"præmissa firmiùs subsistant, & inviola-
"biliter observentur, Nobis pro parte
"Joannis Episcopi hujusmodi fuit hu-
"militer supplicatum, ut illa auctoritate
"Apostolicâ confirmare de benignitate
"Apostolicâ dignaremur. Nos igitur
"dicti Joannis Episcopi votis hac in re
"annuere, illumque specialibus favori-
"bus, & gratiis prosequi volentes, & e-
"undem Joannem Episcopum à quibus-
"vis excommunicationis, suspensionis,
"& interdicti, aliisque Ecclesiasticis
"sententiis, censuris, & pœnis à jure,
"vel ab homine quâvis occasione, vel
"causa latis, si quibus quomodolibet
"innodatus existit, ad effectum præsen-
"tium duntaxat consequen. harum serie

absol-

"absolven. & absolutum forecen
"hujusmodi supplicationibus inc
"præinserta responsa, seu resolu
"auctoritate prædictâ tenore pra
"um confirmamus, & approba
"lisque Apostolicæ firmitatis v
"robur adjicimus, & inviolabi
"servari mandamus, salvâ tam
"per in præmissis auctoritate
"Congregationis, decernen
"non aliter in præmissis per qu
"que Judices Ordinarios, & D
"etiam causarum Palatii Apost
"ditores, ac S. R. E. Cardin
"de latere legatos judicari, &
"debere, ac irritum, & ina
"secùs à quoquam quâvis au
"scienter, vel ignoranter com
"tentari. Non obstantibus A
"cis, ac Universalibus, Provin
"que & Synodalibus Concili
"generalibus, & specialibus c
"tionibus, & ordinationibus,
"Ecclesiæ Angelopolitanæ, ac S

"tis prædictæ etiam juramento confir-
"matione Apostol câ, vel aliâ quâvis
"firmitate roboratis statutis, & consue-
"tudinibus, privilegiis quoque, indul-
"tis, & litteris Apostolicis eisdem Ec-
"clesiæ, & Societati sub quibuscunque
"verborum tenoribus, & formis, ac
"cum quibusvis etiam derogatoriarum
"derogatoriis, aliisque efficacioribus,
"& insolitis clausulis, ac decretis etiam
"irritantibus, etiam motu proprio, ac
"etiam consistorialiter, & aliàs quo-
"modolibet in contrarium præmisso-
"rum quomodolibet confirmatis, &
"innovatis. Quibus omnibus, & sin-
"gulis etiamsi pro sufficienti illorum
"derogatione de illis, eorumque totis
"tenoribus specialis, specifica, expres-
"sa, & individua, ac de verbo ad verbum,
"non autem per clausulas generales i-
"dem importantes mentio, seu quævis
"alia expressio habenda, aut aliqua alia
"exquisita forma ad hoc servanda foret,
"illorum omnium, & singulorum te-

nores

"nores præsentibus pro plenè, d
"cienter expressis haben, illis d
"suo robore permansuris ad ef
"præmissorum specialiter, & cu
"derogamus, cæterisque contrar
"buscunque. Datum Roma
"Mariam majorem sub annulo
"toris, die 14. Maji 1648. Pont
"nostri anno 4.

DECAS VII.

De aliis subjectionibus Regu exemptorum.

CAPUT I.

Quænam sint Episcoporu tes in erectionibus novorum ventum?

246. *Nimia multitudo Religiosorum Conventu nociva*

247. *Numerus Monasteriis semel a augeri nequit.*

248 *Ordinatio specialis Vrbani VI Theatinis.*

249. *Etiam pro erigendis monasteriis Religiosorum proprios redditus habentium, aliis Religiosi sunt convocandi.*

250. *Erectionis concessio fit ab Episcopo loci cum causæ cognitione.*

251. *Idem dicendum in amplificatione, vel mutatione monasterii de loco ad locum intra eandem Diœcesim.*

252. *Olim totum pendebat ab Episcopo loci.*

253. *Deinde pro receptione aut translatione Fratrum mendicantium requisita fuit S. Sedis Apostolicæ licentia specialis.*

254. *S.C. Trid. restituit Episcopis hanc facultatem.*

255. *Quæ hodiedum durat extra Italiam & Insulas adjacentes.*

256. *Quid amplius observandum in fundatione novorum Conventuum?*

246. Cùm difficulter fieri possit, ut camporum immensitas debitè excolatur: S.C. Tridentinum *sess. 25. Regul. c. 3.* diversíque SS. Pontifices, atque jam dudum Canones sacri providè sanxerunt, ut nova monasteria tantùm erigerentur de licentia Episcopi, præter sollicitam dispectionem, an talis erectio

G1
36

rectio non præjudicet Ecclesiæ
chiali, circumvicinisque per
milliaria Romana (id est, quatu
lia passuum, attentâ qualitate lo
per vias publicas à Viatoribus
sitatas moraliter potiùs, quàm
tricè metienda) Religiosis conv
eum duntaxat numerum (hod
denario non minorem) in sing
missuri, qui vel ex redditibus
monasteriorum, vel ex consue
mosynis commodè valeat su
Quod ut accuratiùs fiat, Grego
Constit. *Cùm aliàs 17. Aug*
etiam Superiores Religionum
dicantium convocari jussit,
ment Episcopum, an noviter
cendi sustentari congruè possi
Religionum splendor & Regu
servantia periclitetur.

247. Imò, ne multitudo gub
dorum Superiorem quodammo
ruat, & disciplinæ relaxatio sub
tur, Urbanus VIII. Decr. *de cele*

ne missarum opportunè constituit, certum Religiosorum numerum singulis monasteriis semel assignatum augeri non posse, etiam prætextu augmenti reddituum: nisi fortassis ob devastationes bellicas, incendium, aliumve simile casum Religiosi quidam ad breve tempus per Conventus aut Collegia sint distribuendi. Amissis verò quibusdam proventibus, tenentur Superiores ea de causa numerum cum proportione minuere, quòd supponatur totus numerus competenter sustentabilis fuisse præfixus.

248. Secùs est de Patribus Theatinis viventibus tantùm ex eleemosynis sponte oblatis, ideoque à Religiosissimo P. Carolo Thomasio Ejusdem Instituti Presbytero comparatis cum fœtibus in utero materno, absque ullo alimentorum delectu, expectatâ solùm Providentis DEI misericordiâ, enutritis: Quorum Generalis tunc existentis arbitrio reliquit Urbanus VIII. præfixionem numeri

meri Religioſorum, juxta quam Patres
eleemoſynarum eo tempore ob-
tium: quæ dicti Pontificis ordi-
ſte Pasqualigio, aſſervatur Rom
chivo eorundem Patrum ad
ſtrum Montis Quirinalis.

249. At quid è contrà dic
iis, qui de mediis propriæ
continuò victitant? R. Con
eſſe nihilominùs aliarum Re
periores, indicat Decretorum
tis VIII. & Gregorii XV. ge
mnes caſus comprehendens:
enim talibus, utpote non vi
eleemoſynis dietim quæſitis,
dat, decedit tamen indirecte
mendicantibus in ordine ad
ſuſtentationem, ex quo, an
ſiis, concurſus ad Eccleſias il
deoque & Benefactorum
do plerumque minuitur.
accuratè perpendit Rota
nuenſi *Privilegiorum*. 24.
1647. coram Rojas. ibi: *nec*

Patres oratorii habeant proprios reddi-
tus à Fundatore assignatos: quia non ab
eorum; sed à Theatinorum egestate præju-
dicium desumitur; & sufficit omne præ-
judicium etiam aliunde, quàm ex men-
dicitate seu quæstuatione Ecclesiæ vicinæ
resultans.

250. Erectionis itaque concessio fieri debet in scriptis ab Episcopo loci cum causæ cognitione, vocatis scil. Superioribus seu Procuratoribus Religionum in eodem loco præexistentium, & cognito, quòd noviter introducendi in debito numero commodè habitare aliqué possint sinè Disciplinæ Regularis periculo, & quoquo aliorum Conventuum detrimento. Si verò præfati superiores, vel eorum aliqui negent irrationabiliter consensum; & alias tamen constet Episcopo, sinè aliorum damno, duodecim saltem Religiosos inhabitare ac sustentari congruè posse, nihil vetat, quò minùs Episcopus ad concessionem suprædictæ erectionis procedat, nisi Religio-

si

si vel reclament etiamnum, vel
cessione facta appellent; quo casu
dem Decreto Gregorii XV. §.
tota suspenditur, ac devolvi
Congregationem rebus Reg
præpositam; nihilque interim
dum, sed irritum omne futur
quicquid attentatum fuerit etia
ranter.

251. Idem, quod suprà dicen
in mutatione monasterii de loc
cùm intra eandem urbem aut
cùm ob majorem propinquit
ve damnum inferri possit alt
siæ; præterquam, quòd mul
res habeant privilegium, ne
ria, Ecclesiæ &c. prope ipsos
certum spatium, erigi possint.
terdiscurrendum est de amplia
si rationabiliter præjudicium
Ecclesiæ metuatur. Imò, licèt
introducendi, mutandi, vel amp
di idonè caveant, se nec vena
leemosynam, nec ad quicquam

furos, undè nocumentum aliis Religiosis provenire queat: convocari nihilominùs cæteri debent, ut certificentur de obligatione illorum, ac eandem recognoscant.

252. Celebris quæstio supereſt, *an hodie pro Monasteriorum erectione, non tantùm Episcopi, sed etiam S. Pontificis licentia requiratur?* pro cujus solutione distinguenda sunt quatuor tempora: I. ab initio Monachismi, de quo constat, antiquiorum Regularum approbationem non minùs, quàm locorum Regularium erectionem pertinuisse ad solum Episcopum Diœcesanum, adeò quidem ut, si aliud simile monasterium in alia Diœcesi erigendum fuerit, non solùm concessio facultatis erigendi, sed & approbatio Regulæ ad alterius Diœcesis Episcopum spectaverit, qui non tenebatur sequi judicium alterius Episcopi, cùm non esset in hoc superior, nec ejus approbatio Canonica seu universalis. V. *Causam* XVIII. q 2. *per tot* juncto c. *Nimis*

mis prava. 17. v. *Ad hoc.* ☧. *de*
Præl. & c. *un.* ubi Gl. v. *deinc*
in 6.

253. II. tempus à Constitutio
nifaciana modò relata cit. c. *un.*
Præl. in 6. trahit exordium, qu
betur, ne deinceps Fratres men
quocunque in loco recipiant
tentur, vel transferantur absq
Apostolicæ licentia speciali
expressam faciente de prohibi
jusmodi mentionem, iis tamen
qui vitam duxerint eremitica
litariam eligendam. Quæ
adjectis pœnis, in Clem. *Cu*
prin. de pœn. innovata, sic
olim habita quoad monaste
ordinum mendicantium dum
vis habitationibus non-mendi
& Eremitarum) Episcopis
pta.

254. III. Tempus est S. Co
dentini, quod cit. *ses. 25. de Re*
3. in fine deçernit, similia

ero eri
æcesar
ex tun
Episco
abiler
comm
quod
consti
23. *Ju*
nis Re
Regul
unt in
rigen
tiva a
cis, qu
ctæ Bu
iam
ordin
à Paul
Eccles
æculo
255
innoc
da. p

ero erigenda non esse sinè Episcopi Diœcesani licentia priùs obtenta, adeò ut ex tunc facultas à Bonifacio P. adempta Episcopis per correctionem Juris favorabilem, utpote reducentem ad Jus commune antiquum restituta fuerit: quod magìs patet ex Clementis VIII. constitutione *Quoniam ad institutum.* 23. *Julii* 1603. de voto S. Congregationis Regularium publicata, si qui verò, Regulares, post hoc tempus obtinuerunt indulta de solius ordinarii licentia erigendi conventus, ea non fuêre exemptiva ab obtinenda licentia S. Pontificis, quâ non indigebant; sed à forma dictæ Bullæ Clementinæ, ut præter licentiam Episcopi nullo indigerent aliorum ordinum Regularium consensu: quale à Paulo V. per Bullam, quæ incipit. *Ad Ecclesiæ.* Carmelitæ Discalceati in hoc æculo impetrârunt.

255. IV. Tempus originem sumit ab Innocentii X. Constitutione *Instaurandæ.* publicata *in Octobri* 1652. inno-

vante Constitutiones Bonifac
mentis, aliorumque SS. Pont
per erectione novorum con
editas: post quam certum est,
Italia & Insulis adjacentibus
usu præsente in hisce partib
recepto, nondum egressa vide
non posse nova monaster
absque S. sedis Apostolicæ
ciali plenam & expressam
prohibitionibus hujusmod
nem, in scriptis, & gratis co

256. Tandem Episcopis
pore ejusmodi concessionu
non debent, in fundationib
Conventuum adjici posse
larium privilegiis contraria,
& acceptanda in Capitulo ge
Julii II. Constit. *Aliàs vener*
rum Confirmationem nonnu
cum clausula derogativa tali
giorum, à S. Sede procurant,

De ju
scop
157.
tuti
258. In
259. C
Inst
260. C
lare
rica
261. C
turf
vis à
257
de cel
cande
Regu
cum n
Relig
quibu

Caput II.

De jurisdictione localium Episcoporum in parvis Conventibus debito numero destitutis.

257. *Parvi Conventus debito numero destituti sunt prostibula Religionum.*

258. *Intentio Innocentii X. declaratur.*

259. *Ordinariorum potestas in monachos ab Instituto suo deflectentes.*

260. *Casus, in quo Episcopus Ecclesiam Regularem reducere potest ad statum merè Clericalem.*

261. *Cur aliqui Generales ordinum non utantur facultate sibi per litteras in forma Brevis à Papa concessâ?*

257. ULtra recensitos hucusque casus, Decretum Urbani VIII. *de celebr. missar.* & Constitutio *Instaurandæ* Innocentii X. monasteria, seu Regulares domos de novo fundandas cum minore numero quàm duodecim Religiosorum; ex antiquis verò eas, in quibus ad minimum sex non vivant, sub-

didit Visitationi, correctioni,
mnimodæ ordinariorum juris
Pontificibus hâc potissimùm
permotis, quòd Regulares in
guo numero simul degentes
num officium in choro celebr
orationi mentali, ac spiritual
lationibus, & exercitiis, ac
communi vacare; nec silentium
suram, vitam communem, c
institutiones servare possint,
principalia vota ordinantur, &
bus consistere vix possunt Re
tæ bases & fundamenta. Q
Regulares ibidem commo
immersi, nullum Religiosi
men præseferunt; soli per
dunt; cum sæcularibus vagan
negotiis mundanis involvunt
ut ibi collocari renuant Reli
batæ vitæ ac disciplinæ, &
cogantur illic constituere fa
fratribus vitæ laxioris, qui lo
pejores fiunt; & si quando ad

eu mo
evoca
carceri
it con
ciplina
ous se
avertu
egnio
n ord
psarum
nam.
258
in cel
randæ
dimus
missis
jacent
videre
am N
dari p
copis
jurisd
ventu
postq

eu monasteria regularis observantiæ
evocantur, à claustro, quasi à squalore
carceris abhorrentes vix adduci queunt,
t communem servent in moribus di-
ciplinam, atque aliorum constitutioni-
bus se conforment; quin potiùs ceteros
vertunt, vel certè reddunt exemplo suo
egniores: unde relaxationes derivantur
in ordines, & sensim invalescunt, in i-
psarum Religionum dedecus & rui-
nam.

258. Quamvis autem Innocentius X, in celeberrima Constitutione *Instau-randæ* edita *Idib. Octobris* 1652. §. *Intermodimus*. declaraverit, intendere se in præmissis, etiam ultra Italiam & Insulas adjacentes, prout expedire viderit, provideri; ideoque totius rei gestæ notitiam Nuntiis Apostolicis extra Italiam Relatari præceperit: ut hodie nondum Episcopis nostris cis Alpes constitutis dicta jurisdictio in parvos ejusmodi Conventus competere videatur: maximè postquàm idem glorioſissimus Ponti-

fex, à variis licèt Episcopis in
tus, supersedendum tamen du
sper, donec negotium suppre
Italia omnino absolutum esset,
summatum. Illud tamen non
ligendum de hac subjectione,
gregatio Concilii hac de re
consulta declaravit; sed de
Conventuum, seu Religiosarum
um debito numero destitutar
pressione ac reddituum applic

259. Quâ declaratione ta
obstante, aliud ordinariis rem
perest de Jure communi, si
sive ob defectum numeri, sive
cunque de causa, non instit
professioni suæ conformem, ab
dro III. his verbis præscriptum
tum est, quod Monachi de N. se
vivunt, & alios exemplo suo
punt: ideoq; mandamus quatenus
observantiam regulæ, Appella
motà, compellas: vel, si tibi re
ausu temerario, eis ejectis, Fra

rius ordinis (si non potest præscriptum Monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: ut labores impiorum justi edant; & illi tandem rubore perfusi, ad sui ordinis observantiam revertantur. Ubi Glossatores notant, Monasterii nomen in compilatione Decretalium c. *Relatum. 7. ✠. ne Cler. vel Mona.* fuisse consultò omissum, adjectâ solùm litterâ N, eò quòd hoc Alexandri responsum esset observandum pro lege & Jure communi.

260. Quod si non reperiuntur Regulares etiam alterius ordinis, de quibus possit corruptum ejusmodi Monasterium reformari: Canonistæ conveniunt, posse tunc ab Episcopo institui Ecclesiasticos per c. *Inter quatuor 5. ✠. de Relig. domib.* qui est casus, in quo potest Episcopus Ecclesiam Regularem reducere ad statum merè Clericalem. Idemque dicendum est, si monasterium quoad disciplinam collapsum sit tale, ut ob tenuitatem reddituum aut eleemosy-

narum, vel ob aliam causam, E
petuam aëris intemperiem,
queant ali tot Regulares, quot
ad observantiam Regularium
num; sed tantùm unus vel duo
tes, & unus vel duo Conversi;
servandi non sunt gradus prædi
ex vitio loci, qui Regulam vig
finit, in subrogatis licèt melio
dem relaxationis causa remane
Ecclesia Regularis confestim
fiasticos est transferendae. *M*
siam. 4. ℵ. *de capell. Mona*

261. Quàm procul autem
omni Religionum per se sanc
famia, pulchrè demonstrat
cùm parvi Conventus tantùm
tanquàm Zizania à Religionum
separanda: ut & nonnulli gener
dinum facultatem de talibus
culis in manus Episcoporum
dis à Romanis Pontificibus per
in forma Brevis obtinuerint; quam
eâ rari, vel nulli hactenus fuerin

tum quòd ejusmodi Conventus Generalibus & Provincialibus ordinum quotannis pro sumptibus ratione officii faciendis certam pecuniæ summam, inter alios conventus deinceps partiendam, contribuant; tum ne seipsos privarent jurisdictione & auctoritate, quam mediantibus hisce Conventibus saltem cumulativè habent in singulis ferè oppidis cujusque Diœcesis; tum quia iidem fratribus illac transeuntibus pro Hospitio serviunt. Quæ an relaxationi disciplinæ Regularis, ne dicam dissipationi Religionis, præponderent, illi viderint, quorum est, non expectare lapsus, sed præcavere.

Caput III.

De editione librorum, & impressionibus lucrativis.

262. *Decreta Conciliorum Lateran. & Trid.*
263. *Hodie nullus liber imprimendus sinè licentia Episcopali.*
264. *Quid desideretur in Censore librorum.*

265. *Argumenta Partis affirmantis, pro-*
sas esse de jure sacro Religiosis & Ecclesiasticis librorum impressiones lucrativas, ubi de Testamentis quorundam Monachorum Orientis.

266. *Stabilitur sententia negativa;*

267. *Quid hac in re videatur Auctoris.*

268. *Vsus Vrbis Romæ; & deplorandus plurimis Germaniæ locis abusus.*

262. REsolutio hujus quæstionis principaliter est petenda ex Concilio Lateranensi, quod sub Leone X. *ses.* 10. graviter prohibet impressionem librorum, vel cujuscunque scripturæ de rebus sacris absque Auctoris, & Episcopali approbatione sub pœna amissionis & publicæ ... stionis impressorum librorum, ... turarum, & excommunicationis sententiæ contra imprimentes, ... primi facientes ejusmodi libros vel scripturas, eosve vendentes, vel apud ... tinentes. Quas pœnas S. C. Tridentinum *ses.* 4. *Decr. de edit. & usu sacrorum libror.* renovat contra easdem per...

sique Regulares fuerint Auctores, ultra examinationem & probationem ordinarii, eosdem obligat ad licentiam à suis quoque superioribus impetrandam. Qui autem scripto eos communicant, vel evulgant, nisi antea examinati probatique fuerint, hos eisdem pœnis subjicit, quibus impressores: ac insuper ordinat, ut qui eos habuerint vel legerint, nisi prodiderint Auctores, pro Auctoribus habeantur: ipsa verò librorum probatio in scriptis detur; atque ideò in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authenticè appareat: idque totum, hoc est, & probatio, & examen gratis fiat: ut probanda probentur, & reprobentur improbanda.

263. Quanquam autem libri vel scripturæ tractantes de rebus profanis per se non subdantur dispositioni Conciliorum Lateranensis vel Tridentini: nihilominùs ex usu probato Episcoporum hisce temporibus nullus omnino liber imprimi potest sinè licentia Episcopali,

scopali, & meritò, cùm facilè qu
liber continere possit unum vel
sensum bonis moribus aut or
xæ fidei repugnantem : quam
sam hæc duo solùm in censur
rum exprimi solent , quòd nec
mores, nec fidem offendant;
aliorum dispectioni & curæ

264. Quantum ad munus C
præterquàm quòd accuratissim
discretissimus esse debeat, adeò
son testetur, Parisiis in unius
ologici discussione, ante Cens
tegrum annum, ac plus tempo
doque impensum fuisse : Ju
per illum esse oportet, impu
causam Auctori aperiendo,
nisque tempus ac facultatem co
do, prout ab Ecclesia cum ip
Hæreticis agi consuevit. E
quidem in tanta opinionum va
postquam ab Alexandro VII, &
centio XI. complures earum p
ptæ fuerunt, diligenter attender

ne vel ad antiqua principia, vel ad pejora sensim transeatur. Quanquam enim hæc sententia: *licitum est sequi opinionem minùs probabilem, relictâ probabiliore ac tutiore*, non expressè damnata fuerit: ad eam tamen, ceu plurium malorum radicem, funditus exscindendam Alexander VII. fel. recor. omnino proclivis fuit, retardatus solùm consilio Cardinalis Pallavicini suadentis, ut dilatâ tantisper generali censurâ, particulares solùm assertiones nominatim configerentur: quod etiam tum ab Alexandro 24. *Septembris* 1665. & 18. *Martij* 1666. tum ab Innocentio XI. 2. *Martij* 1679. factum atque prohibitum fuit, ita ut de iis non nisi impugnando, ne quidem privatim tractari possit sub pœna Excommunicationis reservatæ S. Pontifici ipso facto incurrendæ.

265. Occasione approbationis Episcopalis, & impressionis librorum, dubium incidens nascitur, *an Ecclesiasticis*

ac Religiosis de jure sacro permi
impressiones lucrativas? ubi pro
mativa militare videtur, tum eam
Concilii Carthaginensis IV. reb
Clericus quantumlibet 4. dist
damnans Massilianos docentes, n
cere Clericis victum quærere p
manibus, aut aliquam litterarum
tatem docere: tum exemplum
postolorum, aliorumque Sanct
quos inter, testibus Rufino & S
S. Spiridion ab interventu in
Nicœna Synodo celeberrimu
mithuntis in Cypro Episcopu
gis Capellarum pastor; imò
ex primis Monachis orientis
rii, fiscellarii, sed & nonnunquam
ci fuerunt, salvâque Religiosâ
tate, non caruerunt omni dom
usu rerũ ùt propriarũ, sed solùm
àse emissi, obstricti fuisse videtur
habenda nec quærenda bona te
lia, ultra certam mensuram suffic
ad vitæ sustentationem, juxta

stum,
præfix
Erem
zenus
melo
cis fac
gantu
Justiu
gem
mon
ingre
26
die p
dines
aut d
repu
tos a
horta
Exi
V. S.
quot
tioni
quò
cula

stum, vel perfectum aliquem finem sibi præfixum: ut non mirum, si SS. Paulus Eremita, Hilarion, Gregorius Nazianzenus, Januarius Monachus, & alii, de melotibus, palliis, ciliciis, cucullis, tunicis saccеis &c. testamenta condidisse legantur publico jure firmata, usque ad Justinianum Imperatorem, cujus Legem ab Ecclesia canonizatam fuisse, monstrat S. Gregorius relatus c. *Quia ingredientibus* 7. XIX. *q.* 3.

266. At, quicquid de his olim, hodie postquam singuli Religiosorum ordines, aut de fructibus fundationum, aut de fidelium eleemosynis victitant, repugnat eorum puritati, habere hortos aliquos ut colantur, ac olera & alia hortalitia pretio distrahantur Clem. *Exivit de Paradiso* 1. §. *licet verò, de* V. S. adeoque cùm iis sive à charitate quotidiana fidelium, sive ex piis fundationibus sabunde provisum sit, non est, quòd aliis artibus, in præjudicium sæcularium, & sæpe non sinè scandalo ob litigia

litigia cum impressoribus &c. li
ctum parent , vel monasteria l
amplificent , sive restaurent, n
DEO sibi serviri per talia, quæ
tium professioni, nec non ipsi
quandoque repugnant.

267. Conveniri tamen po
Auctore cum Bibliopola subc
ne, ut Conventui det vel libros q
eidem utiles, vel aliud quid, n
quam pretium laboris, sed ad n
tes præsentes aut imminentes
vandas: dummodo negotiat
crum, quod mercatores exim
bus quærunt, penitus evitetu
si verò nullus Bibliopola sump
pressionis facere velit, neque
proximi, neque Ecclesiastico
Regularium status prohibere n
quò minùs Auctor librum, de
su Superiorum, respectivè suis,
ordinis sumptibus in Reip. l
bonum imprimi faciat, & per

mines sæculares deinde citra lucrum divendat.

268. Qui secùs faciunt, viderint olim, quid DEO respondeant? Certè sub Urbano VIII. S. Congregatio Visitationis Apostolicæ generali Decreto omnibus Regularibus utriusque sexûs districtè venditionem pharmacorum ac aliorum artefactorum prohibuit: quæ licèt visitationem particularem nomine Urbani tanquam Episcopi particularis Urbis, non tanquam Papæ respiciat, Ejus Decretum tamen pro Norma cæterorum Ordinariorum servire deberet, ut ad imitationem Episcopi Romani idipsum introducerent, cum summa hominũ sæculariũ ex artibus vel negotiationibus iisdem viventium consolatione. Sed Æthiopem lavare videor, dum pluribus in Germaniæ locis, loco Crucis, vel tabellæ cum inscriptione nominis cujusdam Sancti, quæ olim pro locorum Ecclesiasticorum & Regularium Titulo fuerat, protensæ hederæ,

appensæ

appensæ ad fores tabulæ vinariæ
revisiariæ, deteriores que notæ
conspiciuntur; ac si quid uspiâ vi
mentive haberi potest, ultra ampli
ventus vinarios ac frumentarios,
losâ quâdam aviditate congeritur
riùs rursum vendatur. *caus.* XIV.
4. per tot.

Caput IV.

De renuntiationibus Novitiorum.

269. *Ius antiquum de renuntiatione vitiorum.*

270. *Novissima dispositio S. C. Tri*

271. *Causa finalis hujus dispositionis.*

272. *De quibus renuntiationibus ag Tridentinum.*

273. *Quid si Novitius post renuntiationem moriatur ante professionem? ubi de dispositionibus Novitiorum.*

274. *Novitii & Scholastici S. I. non henduntur hoc Decreto.*

275. *Quid S. Concilium permoverit exceptionem Iesuitarum?*

276. *Discursus de dimittendis è societate, post renuntiationem bonorum.*

277. *De renuntiatione beneficii Ecclesiastici ante professionem.*

278. *De adolescentibus in cellis Novitiorum viventibus sub Magistro, habitu sæculari tantùm pro cæremonia retento.*

279. *An Decretum Concilii feriat etiam renuntiationes factas ante ingressum in Monasterium?*

269. TAmetsi res semel Ecclesiæ vel monasterio donatæ sint sanctum sanctorum Domino in usus profanos non ampliùs transferendum c. *Nulli Episcoporum.* 27. XII. q. 1. c. *Quæ semel.* 4. XIX q. 3. c. *semel.* 51. *de* R. I. *in* 6. ita ut res simpliciter absque ulla causa donatæ Monasteriis vel Ecclesiis, nullâ conditione à Donante repeti possint L. *generaliter.* 10. C. *de revoc. donat.* secùs est tamen de iis, quæ à Religionis Candidato in ingressu, vel ex causa ingressûs oblatæ sunt L. *si pecuniam* 5. ff. *de condict. caus. dat.* adeò quidem ut, quamvis expressa non fuerit causa, subintel-

intelligatur tamen conditio subl
ræ professionis, si donatio fact
in ipso ingressu, vel eâdem die, id
revocari per Judicem possit.

270. Verùm quia res hæc mul
xietatibus, controversiis & fra
locum fecit: S. C. Tridentinum
de Regular. c. 16. saluberrimè d
nullam renuntiationem, aut ob
nem, post ingressum Religioni
etiam cum juramento, vel in
cujuscunque causæ piæ, valitur
ceps, nisi cum licentia Episco
Ejus Vicarii, aut Capituli, tem
dis vacantis, intervenientein ips
ctu renuntiationis sive oretenus
scriptis, fiat intra duos ultimos
proximos ante professionem mo
ticè de puncto ad punctum, non
liter, computandos; nec aliàs
ram esse suum effectum, nisi p
ne secutâ: quæ si per accidens
que de causa prorogata fuerit, no
lidatur idcirco renuntiatio, dum

facta sit ad præscriptum S. Con. Tridentini: resultante post tanti temporis lapsum argumento vocationis ac liberæ voluntatis, quæ cùm ad ultimum usque Novitiatûs momentum illæsa perseverare debeat, meritò Rota decidit apud Merlinum, dictam renuntiationem in quacunque residui bimestris parte licitè ac validè fieri, & quò seriùs, eò meliùs.

271. Causa finalis hujus dispositionis affertur ab ipsomet Concilio ibi: *ne hâc occasione discedere nequeat, quòd totum vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facilè, si discesserit, id recuperare possit. Quin potiùs præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna Dantibus & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat; & ut abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant; quod ut rectè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.* Ideoque hæc dispositio ad quemlibet alium donatarium, aut bonorum Novitii possessorem, ac arcendam

dam libertatis læsionem extende
detur. Imò nec Parentibus, n
pinquis Novitii, quocunque p
conceditur, ut ex Ejusdem bo
quid monasterio tribuant, vel
aliquid donent filio in portione
mam imputandum.

272. Hinc elicitur, non
quoscunque contractus Nov
sed eos duntaxat, in quibus aliqu
tunt de proprio, cujusmodi su
tio inter vivos, renuntiatio, d
aliique contractus lucrativi,
eorum patrimonium læditur,
libertati præjudicatur, ne vide
compulsis, ob dissipationem
cationem bonorum suorum, n
profitendi Religionem incumb
emptio, venditio, permutatio,
que contractus hui. Conciliari
tioni non subjiciuntur, dumm
lebrentur secundùm Jus comm
ante professionem: sicut nec
causâ mortis, testamentum, co

(nis)

&c. utpote ob revocabilitatem suam nec lædentes Novitii patrimonium, nec ejusdem libertatem, si tamen testamentum, vel aliam quamcunque ultimam dispositionem suam, pro qualitate heredum, fecerit juxta solemnitates aut modos de Jure præscriptos. V. *Barbosam ad h.l, n.* 14. ubi 33. Auctores pro hac ultima decisione adducit. Quibus addo S. Congregationis Concilii declarationem in una *Burgi S. sepulchri* apud Pirovanum *p. 4. Recen. decis. 556. n. 11.*

273. At si nudam renuntiationem infra ultimum Novitiatûs trimestre cum Episcopali licentia sub conditione tacita vel expressa subsecuturæ professionis, juxta Decretum S. Trid. Concilii, fecerit, nullâque aliâ dispositione Testamentariâ relictâ, ante professionem è vivis decesserit, declaravit S. Congregatio Concilii 22. *Octobris* 1573. apud Passarellum, donationem ita factam non fortiri effectum; & consequenter Ejus bona

bona pertinere ad Heredes ab in
to, ob defectum professionis re
secutæ. Id quod similiter de do
nialis ante professionem, absque
spositione defunctæ restituendo
dem heredibus ab intestato
fructibus, siquos monasterium
pisset, deducto tamen victu
Novitiæ, Fagnanus resolutum
statur.

274. Porrò, quamvis sæp
spositio S. C. Trid. in verbis
tamen S. Synodus non intendat
novare, aut prohibere quin
riorum societatis JESU,
Eorum institutum à S. Sede
approbatum, Domino & Ec
inservire possit. Aliquando S.
gationi in particulari casu con
fuerit exceptionem referre
secundam Decreti sui partem
fessionem post annum emittend
men accuratiùs perpensâ, facil
ùs desuper verbo cum B. Pio

reſpo
etiam
tione
ut qu
centi
jus D
27
hanc
deo,
poſto
rocin
mitte
quand
rit poſ
à ſocie
diſpo
verò i
o ma
um,
. 21.
entes
najor
unti
ba, q

respondit, Religiosos societatis JESU etiam quoad obligationes & renuntiationes esse ab hoc Decreto exceptos, ita ut quandocunque, & sinè cujusque licentia factæ, nequaquam subjaceant hujus Decreti Conciliaris annullationi.

275. Si quæris, *quid S. Concilium ad hanc exceptionem permoverit?* Respondeo, *Institutum societatis* à S. Sede Apostolica approbatum, quod in ipso Tyrocinii ingressu candidatos ordinis promittere jubet abdicationem bonorum, quandocunque Superior eam præcepe-rit post primum probationis annum; & à societatis scholasticis exigit, ut non disponant, nisi in pias causas, maximè verò in subsidium societatis, exoptan-do majus & universalius Ejusdem bo-num, juxta Christi consilium *Matt.* 19. v. 21. depositio inordinato erga Pa-rentes affectu; aut si qui dubitent, num majoris foret perfectionis dare vel re-nuntiare Consanguineis hujusmodi bo-na, quàm aliis, propter parem vel etiam

majorem ipsorum penuriam, &
ſtas alias cauſas, ad declinandum
di periculum, negotium hoc arb
nius, duorum, aut trium, qui vi
&trinâ commendentur, àſe cum
batione ſuperioris eligendorum
quant, & in eo conquieſcant,
perfectius, & ad majorem Ch
mini noſtri gloriam eſſe cenſe
tamen, ut poſt primum Ty
num, ſi Superior arbitretur
bonorum retentionem à p
ſpiritu retrahi, Novitius co
irrevocabiliter & abſolutè ſp
omnibus ſuis rebus ac jur
ralibus, ſubmovendamque
fiduciam eadem ullo tempo
randi: ſecùs autem, diſpoſi
dita licèt vota ſimplicia, d
ad plures annos, retento bon
minio, compatibiliter cum
pertatis jam emiſſo, ob uſu
niſtrationem dependentem
ſuperioris, donec per ultim

bilem in societate gradum obtineant: ne videl. si justas ob causas è societate dimittendi sint, necessariis vivendi mediis facilè destituantur aut societati nimis grave sit, cum talibus postea lites movere.

276. Sed *quid, si contingat, aliquem, post factam in societate renuntiationem bonorum, ex ea dimitti?* Resp. Cùm talis in donando se conformare censeatur constitutionibus societatis JESU, à S. sede Apostolica approbatis, exigentibus, donationem fieri sinè ulla spe recuperandi, ut omnis tentatio revertendi ad sæculum præcludatur, non habet, quod summo jure post reditum in sæculum vindicet: Prudentiæ tamen, gratitudinis, charitatis, ædificationis, & equitatis lex postulat, ipsiusque societatis declaratio *p. 2. Constit. c. 3. lit. B.* exhibet, tali dimittendo tantum restituendum esse, ne vel alimentorum defectu labatur in gravem miseriam; vel in societate remanere debeat, cum suo &

societatis incommodo, dispen
propriæ valetudinis, & non rarò
Carolus de Grobendoncq lo
salutis æternæ.

277. Reliquum est, ut vide
in Beneficii Ecclesiasticirenun
Juri veteri, relato *c. Benefician*
Regular. in 6. locus sit? & Re
negativè per sæpedictum Con
cùm ea sit amissio magni juris,
Novitiorum libertas non pa
stringitur, ita ut iisdem solem
opus sit, quibus in quacunq;
tiatione, nec beneficium
probationis annum, aut,
niente consensu & authorita
illico vacare dicatur, nulli
ferendum sit, donec professio
tur, ob conditionem regressu
est de Jure, nec nisi per prof
Religiosam purificatur; Fructu
terim percepti ex beneficio,
resignatio admittatur, vel prof
deductâ congruâ portione da

rio, subsecutâ professione, ad universalem vel particularem Religiosi noviter professi successorem pertineant, etiamsi professio justam ob causam procrastinata fuerit: sicut è contrà, si ex Apostolica dispensatione aliquid de probationis anno remittatur, emisâ professione Beneficium subitò vacat, conferriquepotest. Ex quo rectè colligunt Sanchez & Layman, in Societate JESU toto probationis biennio non vacare, nec conferri posse beneficia Novitiorum: addunt tamen in Congregatione V. generali societatis *can 5.* Decretum fuisse, ut ea finito probationis biennio, ante votorum simplicium emissionem, resignentur. Tandem, quia beneficiis quibusdam jus eligendi annexum est, dubitare non licet, quin Novitius tale beneficium possidens vocari possit ad eligendum, constituturus tamen loco sui Procuratorem c. *siquis 46. de elect.* in 6.

278. Et hæc universim de Novitiis in

Novitiatu sub Religioso habitu
tutis: quibus Joannes Baptista
æquiparandos meritò putat eos
scentes ad Religionem admissos
sub Magistro vivunt in cella N
rum, habitu sæculari tantùm
monia retento, tum ob fervore
ob maximam obedientiam ac
nationem cum omnimoda
ne propriæ voluntatis, quin
tionem habitûs pudor egredien
culum diversitatem inducat, c
talis reputetur pro egresso è R
& è contrà major plerumque
in desiderio viventium ferv
communi.

279. Ultima difficultas est,
cretum Concilii feriat etiam
tiones factas ante ingressum in
rium? ad quam respondetur neg
quòd S. Con. Tridentinum
personis dicere legem hac in p
erit, quàm pertinentibus ad
& forum Ecclesiæ, quales non

sonæ sæculares ante actualem ingressum, ac proinde solemnitates Juris communis vel statutarii adhibere in ejusmodi actibus, nec cuique passim fidere debent, ne sub manibus conjunctorum vel aliorum bona sua captantium constitutifacilè in muscipulam pelliciantur. Utcunque autem intuitu ingressûs Religionis tunc disposuerint, omnia remanent sub determinatione Juris communis; talique oblationi inest tacita conditio, si Religionem ingrediens in ea perseveret. c. *Quodàte.* 3. §. *sanè.* ibi: *si Ecclesiis, quibus intitulati fuerant, de possessionibus aut aliis bonis aliqua contulisse noscuntur, cùm ab earundem Ecclesiarum ministerio & beneficio sequestrati fuerint, ad ipsos rectâ viâ debeant absque contradictione redire.* ✠. *de Cler. Conjuga.*

Caput V.

De reclamationibus nul professorum.

280. *Quomodo instituendum jud nullitate professionis?*

281. *De Præscriptione per quinqu ipsum inducta; & beneficio restitu versùs eundem.*

282. *Causa reclamandi, & spec metu.*

283. *Quid si agatur de defectu natu ignoto?*

284. *Quid agendum in reclamati in cognitione causæ & sententi*

285. *An & quæ bona tali dimiss enda?*

280. SC. Tridentinum *Sess. gular.* c. 19. audiri quemcunq; Regularem præte quacunque de causa dimittere h nisi intra quinquennium tant professionis causas nullitatis d coram ordinario & suo superior ita quidem ut, si habitum ante

dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcunque causam admittatur; sed ad monasterium redire compulsus tanquam Apostata puniatur. Ubi non immeritò ordinarius simul cum Regulari Superiore in judicio nullitatis professionis adhiberi jubetur, quia cùm vertatur hìc causa Religionis, quatenus scil. commodum vel incommodum ex remansione talis professi principaliter in ipsum monasterium redundat, æquum fuit superiori ordinis adjungi Conjudicem, quod jam olim in simili casu à Concilio Meldensi quoque sub Sergio P. II. ordinatum fuit. Nec aliud dicendum est, ex natura correlativorum, si reclamatio intendatur ex parte Monasterii contra Religiosum nullè professum; quin potiùs major urget suspicio diffidentiæ, ne superiores Regulares ob peculiarem affectum erga Religionem, vel singularem aversionem à persona ipsius professi quandoque non dimittendos dimittant,

281. Idem Concilium post quinque-
nii lapsum præsumit tacitam profes-
nem quandam, seu revalidationem
juscunque defectûs, quo emissa pro-
sio laboraverat: & sunt, qui teneant
mino hoc quinquennali induci pre-
ptionem aliquam peremptivam ad-
dicendi de nullitate: ut proinde re-
ligiosus exire, nec Religio tale
pliùs dimittere valeat, nisi ex jus-
sa restitutio in integrum adversus
sum quinquennii à S. sede Apost.
ad quam talis concessio privative
net, obtineatur.

282. Causa reclamandi post
omne, quod professionis nullum
producit, E. G. defectus ætatis
mæ, vis aut metus gravis &c. qui
qui allegat, in se suscipit onus pro-
di L. *fin.* ff. *quod met. caus.* nec in-
metum ab homine fuisse illatum
inferatur in ordine ad extorqu
professionem c. *Perlatum*, 1. *Ne*
qua vi met. Durante verò causâ

sufficit protestatio aut querela de paterno imperio coram viris probis, si tutò fieri possit; aut si periculum sit, ne cum pari discrimine reveletur etiam protestatio, timor, ùt à reclamatione, sic & à protestatione excusat, dummodo metum passus difficulter occurrere possit malo, quod timet. Imò Rota Rom. non semel asseruit, in matrimonio spirituali sufficere metum reverentialem accedentibus minis, puta, si tantus ac talis extiterit timor, sinè quo professio nequaquam emissa fuisset: notatque Merlinus *decis.* 590. in hac materia, præsertim dum res intra domesticos parietes acta fuit, probationes leviores admitti.

283. Ubi verò non agitur de aliquo defectu pendente à sola voluntate profitentis, qualis est vis & metus; sed de defectu naturali ignoto, cujusmodi apud aliquas Religiones Apostolicâ authoritate suffultas est impuritas sanguinis derivati ab Hebræis ad certum usque gradum; tunc quinquennium, ad indu-

cendam professionem seu ratifica-
nem præstitutum, computandum
die notitiæ impedimenti (nisi con-
tiones particulares à S. Sede app-
tæ post S. C. T. aliud decernant) e
propositione generali, quòd ani-
incognita non sit trahendus.

284. Ordinarius & localis su-
Religionis ad cognitionem caus-
cipalis, & prolationem sententia
nullitate, conjunctim procedere d-
reclamatio verò secundùm se, ut p-
lùm declarationem animi c-
continens, in extra judiciali fo-
ram viris probis, ùt suprà dict-
eri potest. Quanquam expe-
hanc fieri coram uno saltem ex C-
dicibus in Forma judiciali, ob ma-
actûs certitudinem, & ad exclu-
affectatas ac minùs veras prob-
Quam ob causam mihi quoq-
placet quorundam in hoc luto ha-
um ad Confessarium duntaxat re-
ut aliquando in actuali reclamatio-

jusdem testimonio fulti sint, nisi vel Confessarii qualitas singularis, vel aliæ circumstantiæ procul omni subornationis periculo, faciant ampliora præsumi.

285. Stante professionis annullatione, adeò ut, jure retrotractionis ad initium, reclamans post declarationem nunquam Religiosus fuisse censendus sit, quæritur, *an & quæ bona tali sint restituenda?* Et respondetur, facto inter bona discrimine, ea solùm obnoxia esse restitutioni, quæ à parentibus, conjunctis, vel amicis intuitu sanguinis aut personalis affectionis acceperat: quoad reliqua verò capiendum esse argumentum à materia peculii servorum super acquisitionibus factis per servum à Domino certæ cuidam administrationi præpositum, licèt posteà liber declaretur. Facitque huc insuper illud, quod de Episcopis & Clericis in quæstione de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis ad Tit. *de peculio Clericorum, & de succes-*

sione

sione ab intestato, differitur, quò rem plura desiderantem remitto.

Caput VI.

De recognitione miracul indulgentiarum, & SS. relig rum.

285. *Vastitas materiæ hoc titulo cu sa.*

286. *Decretum S. C. Trid. de admi raculorum; & quot modis ea per ubi de Extraordinaria Rituum C tione.*

287. *De probatione miraculorum.*

288. *Quando admittatur probat per unicum Testem.*

289. *Qualia miracula spectent ad lem recognitionem?*

290. *Quantum hodie liceat Episcop minandis miraculis servorum DEI*

291. *De novis miraculis sanctorum torum.*

292. *De consilio Theologorum & ju rorum; ubi de natura Consilii A quisiti.*

293. *Praxis examinandi miracu SS. imaginum facta.*

294. *Discrimen inter* miracula & gratias.
295. *Definitio Indulgentiarum.*
296. *Decreta S. C. Trid. de earum usu & recognitione.*
297. *Praxis primi Decreti de recognitione.*
298. *Prosecutio materiæ, adjectâ explicatione Indulgentiæ Sabbathinæ.*
299. *Praxis & sensus secundi Decreti de moderatione Indulgentiarum.*
300. *Discrimen legis veteris & novæ quoad ossa defunctorum.*
301. *Cautela antiqua Ecclesiæ in veris reliquiis dignoscendis ab adulterinis.*
302. *Hodierna Constitutio Ecclesiæ, ut fraudibus obvietur.*
303. *In gravibus dubiis recurrendum ad S. sedem Apostolicam, quò etiam modernus Princeps Episcopus Augustanus laudabiliter recurrit.*
304. *Praxis recognitionis SS. reliquiarum.*
305. & 306. *Praxis translationis earundem.*

285. INtegrum omnino tractatum mererétur hoc Caput, obvastitatem materiæ, rerumque dicendarum amplitudinem. Sed quia multa paucis concludere satago, ita breviter agam de singulis, ut tamen nihil prætereatur aut ob-

obſcuretur eorum, quæ ad Epiſc
munus pertinere dignoſcam. Sic

§. *I. de recognitione miracul*

286. De Miraculis ita ſtatuit
cilium Noſtrum *ſeſ.25. Refor. Do*
Vener. &c. nulla admittenda
miracula, nec novas reliquias
das, nisi recognoſcente, &
Epiſcopo: qui ſimul atque de
compertum habuerit, adhibit
lium Theologis, & aliis pijs viri
ciat, quæ veritati & pietati
judicaverit. Eſt autem mirac
ta S. Auguſtinum *de utilit. cr*
quid arduum & inſolitum,
& facultatem admirantis exi
juxta S. Doctorem Angelicum
113. a. 10. ⊙. tribus modis fier
1. ſi ſecundùm ſubſtantium ex
cultatem naturæ ſolâque virtut
fieri poteſt, ùt in Corporum
tione contingit. 2. ſi ratione ſub
quo fit; non autem quantum ad
ſit, excedit facultatem naturæ,

tutio visûs in cœco : quanquam enim natura visum præstare queat, minimè tamen id potest in cœco, 3. si naturæ facultatem excedit, quoadmodum & ordinem faciendi, ùt cùm quis infirmus in instanti perfectam sanitatem assequitur, præter solitum cursum sanationis, quæ fit à natura vel arte : unde licèt etiam ab Angelis applicantibus activa passivis in momento sanitas ægroto restitui possit, non dicitur tamen miraculum, quòd per illam actionem regularis cursus universalis naturæ quodammodo inversus non sit : dum verum miraculum non debet habere causas præsentes intra ordinem totius naturæ; sed applicari solùm virtute Divinâ; ut proinde fixum ac firmum remaneat, vera miracula patrari posse principaliter tantùm à DEO *Joan. 3. v. 2.* quæ tamen ab aliis actionibus mirandis discerni non possunt, nisi ad finem, modum, tempus, locum, aliasque circumstantias extrinsecas facto recursu : quæ causa est, quòd in extraordinaria Congre-

gregatione Rituum super Canoni-
ne sanctorum, vel beatificatione
tu quorundam servorum DEI, ulti-
dinales, secretarios, aliosque Pr
& officiales vel Theologos S. Co
gationis ordinariæ Rituum, insup
motor fidei (qui plerumque sole
esse Advocatus Fiscalis) Tres an
res Auditores Rotæ, unus ex Pro
tariis participantibus, plures Th
tanquam Consultores, vel re
Qualificatores, & peritissimi M
Philosophi pro discussione m
rum adhibeantur.

287. Miracula solùm à posi
ratiocinationem & necessariam
quentiam probari possunt, quæ
stes deponunt de re tali, quæ ve
substantiam, vel ratione subjec
saltem cum talibus circumstanti
rat regularem cursum & facultat
tius naturæ, quæ vocatur à Bal
recta probatio, regulariterque d
minimum idoneos testes requiri

omni. 4. &c. *Licèt.* 23. ✠. *de testibus,* in quibus non refert, cæteris paribus, an domestici sint, vel ejusdem Religionis, cujus Ille, de cujus miraculis quæritur, ex Regula generali c. *Insuper.* 6. *&* c. *cùm Nuntius,* 12. ✠. *de Testib.* non obstãte suspicione affectionis ad causã, quæ per juramentum purgatur. Neque necesse est, quòd testes deponant per verba Juris, sed sufficit quòd deponant per verba Facti, quid scil, ab ipsis visum & cognitum fuerit, reddendo rationes suorum dictorum & causas scientiæ, ex quibus Judex intelligere possit, an tale factum sit miraculum, quod non est perceptibile sensu testium, sed per rationem duntaxat, utpote solùm dependens à judicio intellectûs.

288. Non desunt tamen casus, in quibus miracula quandoque per unicum testem fide dignum probantur, maximè si vel ex natura miraculi probatio non nisi per unum haberi queat; vel aliquis de facto proprio deponat, concurrentibus

bus utrobique indiciis & admin
ex quibus Judex prudenter inf
possit animum suum, quòd tali
hac causa credendum sit: ut vide
apud Rotam *in relat*: S. Hyacin
mirac referentem, quòd Leo II
nonizatione S. Swicberti quæ
eventus adhibuerit fidem uni
singulari. Quamvis ordinarie
agitur de miraculis in ordine ad
cationem vel canonizationem,
inniti debet judicium de aliqu
cando vel canonizando (ob
Ecclesiæ præjudicium, si prob
falsum inesset) plures concu
requirantur.

289. Quæritur, *an S. C. Tri*
tur de novis miraculis sanctor
probatorum tantùm; an gener
quibuslibet etiam hominum ad
sia non approbatorum? Resp. v
liùs dare tantùm Episcopis fa
recognoscendi & approbandi
ctorizandi & pro veris declara

miracula eorum, qui Canonizati, beatificati, vel expresè tacitéve approbati sunt; nec derogare S. Concilio Lateranensi relato c. *cùm ex eo. 2. ✠. de Relig. & vener. san.* ùt ad h. l. Doctores passim observant: ne, si Episcopi approbare possint miracula noviter à defuncto post mortem patrata, necessariò simul Ejusdem sanctitatem, quæ ex miraculis post obitum factis concludenter infertur, declarent. Et hodie quidem, post Urbani VIII. constit. *Cœlestis Hierusalem. 5 Julii.* 1634. nullum omnino dubium supereſt, quâ præcipitur Episcopis, ut quoad defunctos cum fama sanctitatis nondum Canonizatos, vel Beatificatos, informationes solùm recipiant, transmissoque negotio instructo ad S. sedem Apostolicam, indè Responsum expectent.

290 Imò, postquàm ordinariis prohibitum fuit, examinare miracula servorum DEI, nisi ex speciali commissione S. Pontificis, post annos quadraginta

ab

ab obitu eorundem elapsos, exam
que priùs vitæ sanctitate (quod
cum Gregorii IX. Constit. Co
Dominus. 1. Iunii 1232 edita
hodie nihil aliud iisdem con
quàm instructio processuum
ad effectum examinandi, an
da sit instructio processus in
probationes interim pereant:
sis processibus in specie, hi tra
di sunt ad S. sedem Apostolicam
ad validitatem à S. Congrega
tuum extraordinaria examin
deinde absque ullo ad ul
gressu, sub modò dictæ C
nis sigillo ad præfinitum usq
asserventur.

291. Secùs dicendum
miraculis eorum, quibus ex co
consensu tantùm, vel ab imm
li tempore cultus publicus com
liquet ex Decretis Inquisitionis
ralis & Urbani VIII. 13 *Mart*
Declarans, quòd per supradict

carein
iis, qui
sensum
Eorum
scienti
vel Or
linqua
tûs, ù
quunt
appro
dem c
quant
tudo s
Mona
cti He
pore,
center
non
292
consili
isque
cultate
non a
quam

tare in aliquo non vult, neque intendit is, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, aut per Patrum, Virorumq; Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientiâ, ac tolerantiâ Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, coluntur. Qui cùm relinquantur in possessione proprii cultûs, ùt pulchrè ait Pasquiligius, relinquuntur etiam in possessione, quòd per approbationem miraculorum possit idem cultus manuteneri: prout etiam, quantum ad possessionem cultûs, Celsitudo sua nuperrimè S. Machario Abb. in Monasterio Scotorum Ord. S. Benedicti Herbipoli, ab immemorabili tempore, publicè culto, à quibusdam indecentem quæstionem statûs movendam non esse resolvit.

292. Quod porrò de adhibendis in consilium ab Episcopo Theologis, aliisque piis viris, decernitur, Episcopi facultatem ita restringit, ut hâc formâ non adhibitâ nulliter procedat: quanquam non teneatur illorum consilium sequi

sequi, si graviore motivo quod
contrarium innitatur, juxta m
Consilii, quod si de Jure requi
faciendum aliquem actum, pen
debitoque termino responsum
ctandum est, licèt non sit sequ
nisi in casibus à Jure expressis,
Congregatio Concilii 5. *Junii*
27. *Martii* 1632. declaravit.

293. Quando miracula fier
tur in qualicunque Ecclesia, v
crarum imaginum, statim de
scopi operiendæ sunt tales
claudendæ Templi januæ, s
hominum impediendus,
publicentur, antequàm ab E
ligenter examinata fuerint &
ta. Quod si effectus præ se fe
tionem miraculi fuerit transf
quòd imago quædam locuta fu
vertit Pasqualigius, tale quid d
tes, qui præsentes fuerint, sum
diligentia & cautela tunc exam
esse, tum circa dicta sua, tum c

prias qualitates & vitam suam, ad videndum, quanta fides iisdem sit tutò præstanda. Similiter si quis in vivis adhuc existens, ad invocationem Nominis Divini, ùt hisce diebus Venerabilis P. Marcus ab Aviano Capuccinus Monachii, ex Italia eò accitus ad requisitionem Sereniſſimæ Catholicæ Domûs Electoralis Bavaricæ, feciſſe dicitur, prodigiosa patraret, Ordinariorum munus est in omnia diligenter inquirere, ne quid temerè credatur, vel asseratur: quam ob causam Celsitudo sua 17. *Junii* 1680. sedulam ac fidelem rerum ab illo celebri Patre cum Bambergensibus Diœcesanis gestarum indagationem duobus Theologis ordinariâ authoritate commisit, factura deinde, relationibus Commissariorum obtentis, quod Decreta Conciliaria, Constitutiones Apostolicæ, & tantæ rei gravitas exigunt.

294. Quia tandem persæpe fieri solet, ut homines etiam beneficia non ex-

cedentia facultatem totius natur
DEO simpliciter vel ad intercess
alicujus Sancti, obtineant: pro
bulæ votivæ DEO, tanquam fo
Authori, & Sanctis tanquam q
apud DEUM Impetratoribus
appensæ testantur. Ea, cùm na
rent totius naturæ vires ac ordi
tantùm consistant in effectu
benevolentiæ DEI Nobis
beneficium per causas natural
ciali applicatione Divina, pro
lari earundem cursu, conferen
ri solent *gratiæ*; non verò
unde ortum traxisse videtur
rum Tabulis votivis plerumq
ptum: *Per grazia ricev*
gratiæ, cùm à miraculis propr
rant, nec deceptioni circa inte
nem authoritatis Divinæ subj
quod omne beneficium sirâ
semper ab eo recognosci poss
Episcopali approbatione opus
modo à viris doctis & piis pro

bus ej
plicite
collati
§.
rum.
29
lis ren
catis
Præla
thesau
nis C
mentu
tiona
actus
nens in
iam
em ac
itur I
entiar
el inj
ntiqu
burga
ur II
origin

bus ejusmodi divinis favoribus sive simpliciter, sive ex intercessione Sanctorum, collatis habeantur.

§. II. *De recognitione Indulgentiarum.*

295. Indulgentia est jurisdictionalis remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus DEO debitæ facta à Prælato Ecclesiæ de communi Ecclesiæ thesauro, per applicationem satisfactionis Christi & Sanctorum extra Sacramentum. Dicitur I. *Remissio jurisdictionalis*, quia tanquam beneficium est actus jurisdictionis voluntariæ supponens in Prælato subditis suis indulgentiam concedente potestatem spiritualem ad ligandum & solvendum. Dicitur II. *Pœnæ temporalis*, id est, pœnitentiarum in hoc sæculo injunctarum vel injungendarum secundùm formam antiquorum Canonum, & pœnarum purgatorii illis respondentium. Dicitur III. *pro peccatis actualibus*: cùm originale unà cum cæteris ante Baptismum

ſmum omnimodè tum quoad cu
tum quoad pœnam auferatur. Di
IV. DEO *debitæ*, utpote per p
noſtra à nobis offenſo. Dicitur
cta à Prælato Eccleſiæ, qui eſt e
Divino S. Pontifex, viſibile caput
ſiæ ſi de plenariis loquimur: re
non plenariarum verò, etiam Arch
ſcopi & Epiſcopi jure ordinario
tione muneris ſui Epiſcopalis co
tente, adeoque aliis delegabili, ſu
ſuis concedere poſſunt, dummod
excedant ſtatutum generalis Co
Lateranenſis ſub Innocentio III
tum c. *Cùm ex eo.* 14. ✠. *de pa*
remiſ. ne claves Eccleſiæ per ind
tas Prælatorum indulgentias co
mnantur, & ſatisfactio pœnitenti
nervetur. Quod autem de Pr
Religioſorum Ordinum circum
vel de commiſſione ſpeciali S.
ficis intelligendum eſt, vel de adm
one fidelium ſuper indulgentiis
diatè à Papa conceſſis. Dicitur

decommuni Ecclesiæ thesauro: qui est infinitus thesaurus meritorum & satisfactionis Christi per modum causæ universalis & primariæ remissionis ejusmodi pœnarum, cum qua nonnunquam, ad fovendam fidelium charitatem & communionem Sanctorum, jungitur superabundans satisfactio Justorum per se & intrinsecè pendens ab illa Christi satisfactione, ac indè vim omnem accipiens, citra ullam ejusdem injuriam aut deminutionem. Quod ut firmiùs intelligatur, sciendum est, in laboriosis Sanctorum operibus, ex virtute & dignitate in eadem derivata à Christo, duplex inesse jus, unum, prout solum meritum respicit, cui pro mercede gloria cœlestis juxta mensuram charitatis respondet; alterum, prout est actio laboriosa compensanda per remissionem pœnæ aliunde debitæ, quæ cùm sæpe major sit ipso debito, sequitur, tales Sanctos cum ejusmodi satisfactionum non compensatarum peculio

lio defunctos, adhuc eo nomine, sua mâ DEI Remuneratoris bonitate, creditores existere: quorum prætensos fructu sibi promisso ac debito evacuatur, prudenti dispensatricis Eccles arb trio à Christo gloriam & communionem Sanctorum quærente relic fuit, quâ ratione & quibusnam fidelib hic thesaurus sit dispensandus. D tur VII. *Per applicationem Christi Sanctorum*: quamvis enim Chris universalis totius mundi Redemp DEO Patri pro peccatis omnium nitè satisfecerit; aliisque vim mentalem ad hoc concurrendi ticipata virtute meritorum Christi buerit: applicari tamen nobis illud tiũ debet per usũ Sacramentorũ, re aliũ modum à Vicario suo, tanquam nerali dispensatore, præscriptum, citur VIII. *Extra sacramentum* concedi solcant non ex opere op sed sub conditione alicujus operis Episcopo Confirmato, etiam non

Presbytero, Abb. ad c. *Accedentibus.* 12. X. *de excess. Prælat.* Defunctis autem duntaxat per modum suffragii: quare vide Pacificas Cogitationes meas *q. 4. §. 41.*

296. De Indulgentiarum antiquitate qui dubitat, legat 2. *Cor.* 2. *v.* 7. & Patres longâ serie à plerisque Controversistis adductos. De hodierno earum usu duo decrevit S. Concilium Trid. I. *sess.* 21. *refor.* c. 9. ut Episcopi Indulgentiarum, quæ à S. sede Apostolica concessæ supponuntur, publicationi attendant. II. *sess.* 25. *Decr. de Indulgen.* in iis concedendis adhibendam esse moderationem, juxta veterem & probatam in Ecclesia consuetudinem, ne nimiâ facilitate disciplina Ecclesiastica enervetur.

297. I. Sic practicari solet, ut Episcopi Brevia Indulgentiarum à S. sede obtenta diligenter recognoscant, licentiamque eadem publicandi tum Ecclesiasticis, tum sæcularibus intra Diœceses suas habitantibus tribuant. Quod clariùs

riùs patet ex declaratione S. Congreg-
tionis Concilii *ad c. 9. cit.* ibi: *Nulla*
ergo sinè ordinariorum licentia & auc-
ritate poterit eas publicare, non obstan-
quâcunque exceptione, aut exemptio-
etiamsi Regularis sit aut in Ecclesiis ope-
rum Regularium, etiam prætextu pri-
legiorum, E.G. Confraternitatis Ros-
&c. Et si quid est, quod accuratâ ord-
nariorum attentione opus habet, p-
tem invigilandum esse cum primis Be-
vibus concessivis Altarium Privilegia-
rum, quorum usus, ad certas condi-
nes seu confraternitatum, seu deter-
nati missarum numeri indies perso-
di restrictus, antè ab Episcopo perm-
non debet, donec certò exploraverit
mnia continuò fieri posse, ac fidel-
præstitum iri, quæ ad fruitionem
insignis privilegii desiderantur. C-
primis autem fidelibus ad hæc re-
pronis bene inculcandum existimo,
acquirendam per modum suffragii a-
mabus ad alteram vitam in Charitate
gre-

greſſis hanc Indulgentiam à S. Sede conceſſam, nequaquam ſufficere ſolam Miſſæ in Altari privilegiato celebrationem, ſed inſuper exigi ſpecialiorem dignitatem & idoneitatem in anima, ut tale ſuffragium indulgentiæ plenariæ ad eum effectum à DEO liberaliter acceptetur, quæ dignitas procedit ex devotione ſpeciali ad claves Eccleſiæ donativas indulgentiarum, pia ſollicitudine ad ſatisfaciendum pro peccatis propriis, ſtudio ad ſuffragandum defunctis &c.

298. Quam ſimplicis vulgi præmonitionem tantò magis neceſſariam autumo, quantò majus eſſe poteſt periculum, ne homines aliud ſibi perſuadentes aut in hac vita ſatisfactiones pro peccatis propriis negligant; aut celebratâ ſemel in Altari privilegiato miſſâ pro defuncto, eum certò liberatum putantes, nullis ampliùs deinceps ſuffragiis eundem adjuvare contendant. Quapropter cum grano ſalis etiam accipiendum eſt, quod de *Indulgentia Sabbathina* à SS.

Pontificibus Clemente VII. Gregorio XIII. Paulo V. & aliis dicitur, Populum Christianum piè credere posse de adjutorio animarum Fratrum & Confratrum Sodalitatis B. V. M. de Monte Carmelo, videl. *Beatissimam Virginem animas Fratrum & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum gestaverint, & castitatem pro suo statu coluerint, officiumq́ &c. suis intercessionibus continuis, piisq́ suffragiis ac meritis, speciali protectione, post earum transitum, præcipuè in die Sabbathi, qui dicitur Ecclesia eidem B. M. V. dedicatus est, adjuturam.* Quæ sunt verba Pauli V. in Bulla data Romæ 11. *Febr.* 1613. Ex quibus infert Leo Rhedonensis in *Pia localiis & Analectis, de Typo vestis monast.* non vanâ securitate, aut temnendâ fiduciâ gratulari sibi posse Carmelitæ bonâ spe gaudentes, *si modò vitam instituant tanto patrocinio Virginis tantisq́ privilegiis non indignam.* Certa juxta morem Ecclesiæ, pro certis ma-

mabus etiam dictæ confraternitati adscriptis, anniversarii, missæ, officia, non obstante Bullâ Sabbathinâ, per plures nihilominùs annos celebrantur.

299. Quoad II. cùm S. Synodus Tridentina moderationem adhiberi jussit, juxta veterem & probatam in Ecclesia consuetudinem, nimiam laxitatem ad eos fines reduci voluit, quos temporum & locorum conditio pateretur: quin tamen planè tolleretur illicium indulgentiarum ad subeundum, augendumque pietatis studium & ut officium Confessariorum redderetur facilius, liberando eos à metu per indulgentiarum discretè concessarum occasionem, si fortè Pœnitenti leviorem delictis pœnam injunxerint, quod spectatâ hominũ imbecillitate fieri plerumque solet, ne à saluberrimo ad Sacramenta accessu deterreantur: dummodo tamen peccatis non connivent nimium, aliorumque peccatorum participes efficiantur. Quam ob causam Confessarii, si quem rationabi-

liter, consideratis Ejus corporis & animæ viribus, mitiùs tractandum duxerint, quàm criminum qualitas promereatur, eundem cohortantur sollicite, ut per indulgentias, opera charitatis Christianam patientiam &c. se à pœnis in purgatorio luendis liberare contur.

§. *III. de recognitione Reliquiarum.*

300. In lege veteri tanta cadaverum & ossium humanorum abominatio fuit, ut Sacerdos solo eorum attactu contaminaretur *Baruch. 3. v. 11.* At in lege nova Reliquiæ Sanctorum non modò propter spiritus, quorum instrumenta fuerunt, piè coluntur ubique, sed ipsis etiam Altaribus reponuntur, a quorum animæ beneficè DEO junguntur in cœlis, super eorundem cineribus aut sepulcris missæ celebrentur, forsan ex eo, quod in Apocalypsi c. 6 *v. 9* legitur: *vidi subtus Altare animas interfectorum propter Verbum DEI, & propter testimonium, quod habebant.*

300

301. In qua Reliquiarum veneratione ne facilè contingeret fraudem committi, Optatus Milevitanus adversùs Parmenionem ostendit, nefas fuisse jam olim, venerari reliquias Martyris non vindicati, hoc est, nondum approbati & recepti: quæ quidem approbatio, ùt ex S. Augustino discimus, cautissimè ab Episcopis facta fuit, adhibitis in consilium Collegis Episcopis, ne vel hominum perversorum malitiâ, vel defectu necessarii examinis, falsæ Reliquiæ pro veris obtruderentur: prout aliquando evenisse testantur Sulpitius, Gregorius Turonensis, Glaber, Manriquez, & alii, quos inter omni exceptione Majores S. Gregorius Magnus & S. Augustinus, Græcos quosdam Monachos vel potiùs Hypocritas sub habitu Monachorum asserunt, hujus perversitatis Reos, aliquando in ipsa cadaverum in campo jacentium effossione, vel circumgestatione deprehensos fuisse. Quapropter Concilium Cæsaraugustanum

guſtanum *can. 2.* ſtatuit, ut Reliquiæ
quibuscunque locis Arrianæ hæreſis
infectis repertæ per ignem probarentur
qui tamen probationis vulgaris mod
gravibus de cauſis ab uſu receſſit.

302. Quid hodie, ad obviandum
periculoſis fraudibus, ab Eccleſia
ſtitutum ſit, docet S. C. Trid. *in ſeſſ.*
Refor. Decr. de invoc. &c. prohibe
ne recipiantur novæ Reliquiæ, niſi E
ſcopo recognoſcente & approbante
bi per *novas* non ſunt intelligendæ
liquiæ Martyris non-vindicati; ſed
ſcopis tantùm forma præſcribitur
probandis Reliquiis ſancti Canon
noviter allatis aut inventis adhibe
vocatis in conſilium Theologis &
viris piis: niſi fortè conſtet, illas
Apoſtolicum Reſcriptum, vel alio
Epiſcopi Diploma canonicè appro
tas fuiſſe, quo caſu tantùm Epi
partes erunt, ut examinet, an
aliæ, quàm quales in Approba
continentur, antequam licentiam

buat, eas à se recognitas publicæ veneratioñi fidelium in Diœcesi sua exponendi.

303. Siquis verò dubius aut difficilis abusus E. G. in cultu lipsanorum, de quibus nihil probabile nec è documentis legitimis, nec ex publicæ persuasionis continuata vetustate habeatur; vel circa quid aliud de superstitione suspectũ, extirpandus sit; aut aliqua de Reliquiis gravior quæstio incidat, Episcopus, inconsul. â S. sede Apostolicâ, nihil novum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernet; prohibebitque illico vulgi concursum, si quid pro novo sanctuario, non præhabitâ recognitione Canonicâ, circumferatur. Unde cùm Celsissimus ac Reverendissimus Princeps & Dominus D. Joannes Christophorus Episcopus Augustanus dubitasset, an sufficeret repositio SS. Reliquiarum in Altaribus, è quibus, postremis superorum bellis, supra duodecim Reliquiarum millia, per universam Diœcesim Augu-

Augustanam detractæ fuerant, iis pre-
cibus cæremoniisque solummodo se-
vatis, quæ in earum collocatione tantu
exiguntur, cæterisque dimissis, quæ
Romano Pontificali præscribuntu
laudabiliter apud S. Sedem pro decla
tione institit, & pro resolutione, ad vo
tum S. Congregationis Rituum, rel
rente Eminentissimo Card. Francis
Mariâ Brancatio die 21. e Aprilis 166
obtinuit Dispensationem Apostolica
ob excessivum numerum Altariume
sorum resultante morali impotentiâ
dem rursum sacris Reliquiis ad sacri
cium concinnandi, si reponend
cum cæremoniis in Pontificali Rom
no præscriptis.

304. Cæterùm in Sacrarum Reliqui
rum cognitione, opus est, ut reipsâ
nantur, nisi Episcopus justa de causa
iis, quæ sub Altaribus vel alibi recon
latent, aliud faciendum arbitretur. Po
blicis insuper, privatisque comprecat
nibus obsecrandus, ac diversis charis-

tis& devotionis operibus exorandus est Pater luminum, ne quid contra Pietatem aut veritatem committatur. Tum verò considerari diligentissimè debent statura seu dimensio partium, color, odor, figura &c, quem in finem à solertibus Episcopis viri Anatomices bene periti regulariter advocantur. Memoratu quoque digna sunt S. Caroli Borromæi præcepta, ut scripta, tabulæ, litteræ, codices Annalium, aliaque cujusvis generis monumenta, quæ in iis ipsis Ecclesiis, earumvé atriis, atque ædibus, aut aliis locis extant, schedulæque vasculis aut arcis sacrarum Reliquiarum affixæ, vel inclusæ, accuratè recognoscantur, unde illarum, vel collocatio ibi facta cognosci, aut alia ejusmodi notitia earundem haberi queat. Testes præterea conquirantur, si qui sunt, qui testimonium dent antiquæ constantisque traditionis, ex qua certa earum cognitio constet. Quamvis etiam meritò Regum ac Principum sæcularium Diplomata

mata magno loco haberi debeant; pl
tamen authoritatis ineſt commenta
viſitationum Epiſcopalium, aut te
moniis Epiſcoporum, ad quos vide
recognitio & approbatio Reliq
rum ex officio pertinet; & multò m
gìs Diplomatibus SS. Pontific
Quantum ad veteres picturas & ima
nes templorum parietibus appictas
appenſas probandi vis ex iis deſum
prudenti Epiſcoporum diſcretioni
linquitur. Antiquus etiam fidelium
Reliquias vel ſepulchrum, devoti
cauſâ, recurſus peregrinationes, pro
ſiones, tabellæ votivæ, jusjurandum
ea lipſana communiter præſtitum
non parùm conferunt ad veras Sanc
rum Reliquias dignoſcendas. Ut
am de miraculis, gratiis, aliisque
à DEO alicubi, ad flagitatam inter
ſionem cujuspiam Sancti, pura
Cujusmodi recognitione per Ordina
um nondum ſuſceptâ, in una *Viterbi*
26. Iunii 1627. deciſum fuit, etiam
Eccle

Ecclesiis Regularium exemptorum Episcopo competere facultatem mandandi, ut Reliquiæ in loco sibi bene viso, retentis interim penès se clavibus, tamdiu custodiantur.

305. Idem, mutatis mutandis, observandum est in translatione Reliquiarum, quas Ordinarius ante omnia (etiam in Ecclesiis exemptis) ad instantiam Rectoris illius Ecclesiæ, adductis secum aliquot Canonicis Ecclesiæ Cathedralis pro libitu assumendis, aliisque insignibus Viris, & Medicis Anatomices peritis, coram Notario Apostolico & Testibus, publicè recognoscet hoc ordine, quē paucis abhinc annis etiam à Reverendissimo Suffraganeo Herbipolensi, de clementissimo suæ Celsitudinis jussu atque præscripto, in recognitione insignium planè Reliquiarum in Ecclesia Herbipolensi repertarum, observatum meminimus: præmissâ humili oratione ad DEUM & brevi ad circumstantes peroratione;

loco-

locoque, & arcâ, in qua reconditæ sunt
& inscriptione exteriore, si quæ forsan
ibidem extiterit, accensis facibus, accu-
ratè inspectis atque lustratis, examina-
tisque, si opus fuerit, testibus, an & utra
sciant tali loco SS. Reliquias asservari
&c. amovebit operculum, & omnibus
sive scripturis, sive aliis intra arcam ex-
stentibus diligenter exploratis ac per-
spectis, quæ Notarius in Protocollum
illico referet, descendet ad singularum
Reliquiarum super mundissima Tabu-
enumerandarum recognitionem; re-
plicatisque per Anatomicos singu-
partibus & proprio nomine suo con-
pellatis, eas vel in priore theca, vel in
lia, præmissâ ab Episcopo illâ novæ the-
cæ benedictione, quam Pontificale Ro-
manum *De benedictione capsarum pro*
Reliquiis exhibet, reverenter occlu-
omnia rursum, ùt suprà, annotante No-
tario coram testibus rogato à Rectore
Ecclesiæ, publicumque de iisdem in-
strumentum conficiente, interpositâ
Epi-

Episcopi Decreto: ita ut, juxta antiquam SS. Patrum traditionem, peractâ licèt accuratâ Reliquiarum recognitione, eæ bis, térve recognosci; & in secunda quidem cum Theologis & Canonistis agi de translatione futura, quodqué nuper observatum, coram iisdem repeti: in Tertia verò, quod sequitur, fieri debeat.

306. Præmissis ab aliquo tempore, post determinatum diem translationis, tum invitationibus vicinorum, si libuerit, Episcoporum, Prælatorum, Ecclesiasticorum, & Regularium; tum litteris Pastoralibus in idiomate vulgari ad universum gregem, quibus ad celebrandam cum devotione debita hanc solemnitatem magis inflammetur; nec non obtentis à S. sede Apostolica pro majore fidelium solatio indulgentiis plenariis, pridie diei pro translatione solemni præfixæ, Episcopus cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & Clero illius Ecclesiæ, in qua SS. Reliquiæ asservantur,

tur, horis diurnis, reseratâ publicè ca-
psâ vel arcâ, Reliquias cum catalogo
nuper confecto collatas, & accuratè re-
cognitas, in Altari reponet: relictisque
interim ibidem certis Clericis tanquam
fidis SS. Reliquiarum Custodibus, post
meridiano tempore, celebratis jux-
Rubricas Romani Breviarii primis ve-
speris sub ritu duplicis officii de fest.
Translationis, Episcopus vel alius sacra
vestes indutus, comitantibus ministris
& cœtu Clericorum, accensis cere-
post preces submissâ voce effusas, ad-
letumque SS. Reliquiis thus, eas cum
Hymno & Psalmis ad Altare majus, vel
alium locum decentissimè paratum, pro
veneratione publica totius Populi de-
feret; cantatisque Antiphonis, versibus
& orationibus sanctorum, de quorum
reliquiis celebritas geritur, indèque
dens, Clerum Ecclesiæ, vel alias Per-
sonas devotas, Clericali gradu insigne
mutatis vicibus diu noctuque usque ad
Processionem solemnem & SS. Re-

quia
turas
nè ho
ab Ep
tur,
mon
stitue
rursu
usque
cultu
prand
si Pro
mox i
clesia
nicis &
Ambr
nedic
veren
Capsu
bened
nomi
Reliq
& tem
net:

quiarum occlusionem ibidem excubi-
turas post se relinquet. Altero die ma-
nè horâ maximè congruâ missa solemnis
ab Episcopo Pontificali ritu celebrabi-
tur, inserto post Evangelium brevi ser-
mone festivo; siquè Processio manè in-
stituenda sit, eâ peractâ SS. Reliquiæ
rursum Altari impositæ, ad secundas
usque Vesperas, pro publico fidelium
cultu relinquentur expositæ; quibus post
prandium pari cum solemnitate finitis,
si Processio manè non fuerit habita,
mox instituetur, & post reditum ad Ec-
clesiam Episcopus, adstantibus Cano-
nicis & aliis, celebritati, post Hymnum
Ambrosianum & solemnem Populi be-
nedictionem, per SS. Reliquiarum re-
verentem occlusionem in sanctuariis,
Capsulis, seu thecis ad id dispositis ac
benedictis; adscripto exteriùs singulis
nomine sancti vel sanctorum, quorum
Reliquiæ ibidem servantur recondi æ,
& tempore depositionis, finem impo-
net; totâ hâc functione relatâ ab Epi-

scopi

scopi Notario inter acta in Episcopal
Archivo, ad perpetuam Posterorum me-
moriam, asservanda: quorum recorda-
tio ne apud plebem intereat, inder Re-
liquiarum in Tabella conscriptus pro
pe easdem publicè affigetur, cum Ant
phonis, versibus, ac precibus in lingu
vulgari dicendis in honorem illorum
Cœlitum, quorum Reliquiæ ibidem
vantur: siqúe insignes Reliquiæ fuerin
annuatim eodem die, vel certâ Dom
nicâ determinandâ ab Episcopo lo
anniversaria translationis festivitas
duplici celebrabitur, & in oratione,
habetur *Natalitia*, dicetur *Transla*
prout novissimè Celsitudo sua in gra
am meritissimorum Patrum Societ
Collegii Herbipolensis, ad eorund
instantiam, pro anniversaria festiv
te translationis S. Bonifacii Martyris
signavit Dominicam sequentem fest
S. Bonifacii Episcopi & Martyris,
quorum sunt eadem nomina, etiam
sta non procul sejungantur.

CAPUT

Caput VII.

De obligatione Regularium accedendi ad Synodos Diœcesanas.

307. *Dies annua celebrationis synodorum Diœcesanarum notandus in directoriis, vel publicandus in festo Epiphaniæ, aut per edictum.*

308. *Quinam eò teneantur accedere.*

309. *De apparatu Ecclesiæ & Altaris.*

310. *Habitus Episcopi & reliquorum, qui Synodo intersunt.*

311. *Ordo sedendi.*

312. *De processione.*

313. *Constitutio synodalium Examinatorum.*

314. *Iudices synodales: ubi de prohibita convocatione synodi Provincialis.*

315. *De Cathedratico remissivè.*

316. *De voto decisivo eorum, qui intersunt Synodo Diœcesanæ.*

317. *Statuta Synodalia.*

318. *Cautela, si quid his statutis inserendum, quod Regulares in materiis exemptis concernit.*

307. SC. Tridentinum *sess. 24. Refor. c. 2.* renovatâ SS. Canonum & vete-

veterum Conciliorum disposition
cipit Episcopis Diœcesanarum Syn
dorum annuam celebrationem, ad
exempti etiam omnes, qui aliàs, cess
te exemptione, interesse deberent
Capitulis generalibus subduntur;
qui parochialium, vel aliarum sæcu
um Ecclesiarum, etiam annexarum,
ram gerunt, quicunque illi sint, in
venire tenentur. Tempus Synod
lebrandæ arbitrarium est Episcopo
tamen plerumque eligitur, quo m
impediti sunt Parochi, & ob die
longitudinem plus in una die, quàm
liàs fieri potest: utque Parochi a
ad eam accessuri tantò paratiores v
ant, & omnia cum debita maturitate
rantur, Directoriis aut Calendariis
cujuslibet anni primordium Episco
authoritate imprimi solitis dies
quoque anno huic Conventui tam
ac necessario præfixus inferi; aut in
Epiphaniæ juxta Cæremonialis Ro
ni præscriptum inter missarum so

mnia post Evangelium, dum festivitates anni solemniores populo denuntiantur; vel saltem per Edictum publicè affixum uno ad minimum mense antè indici solet: quo in publicam omnium notitiam ita tempestivè deducto, Parochi, & alii, quibus spiritualis fidelium Diœcesanorum necessitas nota est, ea, quæ ad amplificandum DEI cultum, promovendamque totius gregis salutem idoneavel necessaria duxerint, ad Episcopum, aut Ejus Consilium Ecclesiasticum, tum abusibus, tum remediis eorum expressis, ante termini lapsum transmittunt.

308. Ad Synodum I. tenentur accedere Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatarum. II. Abbates habentes capellas, vel Populum Episcopali jurisdictioni subjectum, sive illi exempti sint, sive subjecti, citra speciale privilegium post tempora S. Concilii Tridentini à S. sede obtentum & in usum deductum. III. Regulares assumpti ad Ecclesias Parochiales. IV. etiam Capel-

lani S. Joannis Hierosolymitani, vel ordinis Teutonici, curam animarum exercentes. V. Item Rectores *nullius diœcesis*, ùt S. Congregatio censuit apud Fagnanum. VI. Superiores parvorum Conventuum, qui ad præscriptum Constitutionis Innocentii X. penitus exquati sunt Clericis non-exemptis, nisi metsi capellas, populumvé non habeant, & à lege Diœcesana saltem (quæ Synodorum celebratio referri quibusdam videtur) exempti sint, cùm fundamentũ necessitatis accedendi ad synodum c. *Exore*, 17. X. *de privil.* subjectionis respectu jurisdictionis Episcopalis militatur; & synodus Diœcesana mixturam jurisdictionis habeat ob statuta & ordinationes respicientia utramque legem tum jurisdictionis, tum Disciplinam. Id quod Alexander VII. constituit *Cùm sicut nuper* 30. *Martii* 1661. interminis declaravit. VII. Prælati sæculares, cùm non subjiciantur Capitulis Generalibus & nomine Presbyterorum comprehendan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dantur. VIII. Parochi, & alii sacerdotes curam animarum exercentes, licèt præsentati sint per exemptos, IX. Beneficiati simplices X Etiam Prælati Regulares exempti, si adsit consuetudo, ut vocentur ad synodum *c. fin* XVIII. q. 2. quæ consuetudo cùm non exorbitet à dispositione Juris communis, stante antiquâ nativâ jurisdictione generali Ordinarii loci in Regulares, tantò magis foveri debet, ut Superiores Religiosos suos, Ecclesiasticorum ad instar, aliis Sacramenta & Divina ministrantes instruere valeant, quomodo se gerere debeant in habendis concionibus, confessionibus audiendis, aliisque Divinis Populo ministrandis. XI. Multò magis Prælati Regulares subjecti: Circa quos, & Canonicos, Beneficiatosque simplices, ac alios non habentes curam animarum, aliqui dubitant, seclusâ consuetudine, an de Jure aliquo scripto intervenire teneantur? conveniunt tamen in eo, hos omnes indiscriminatim te-

neri, si Episcopus in Synodo non tantùm de cura animarum necessaria & statu Parochiarum; sed etiam de reformatione morum ac rebus disciplinam concernentibus, publicandísve Decretis ultimi Concilii Provincialis &c. tractare intendat: juxta declarationem Abbatis Panormitani ad c. *Quod super his. 9. notabili. 1. ✠. de major: & obed.* XII. arbitrarium est Prælatis, ut personaliter, vel per idoneos Procuratores compareant, si eodem tempore celebretur Regulare Capitulum; vel Ecclesiæ, cui imminet cura animarum, deserviant per Vicarios Ecclesiasticos, quos saltem mittere tenentur.

309. Quia porrò, ultra Catalogum vocandorum, plura necessaria sunt ad actionem synodalem, ùt Apparatus Ecclesiæ in qua congregandi sunt; Habitus vocatorum, & ordo sedendi; Processiones; Delectus Examinatorum aliorumque in Synodo approbandorum: sciendum est *Primò* Ecclesiam ordinandam esse

esse ritu festivo, sicque paranda sedilia in media navi Ecclesiæ, ut Sedes Episcopi cæteris altior sit, & tres ad minimum gradus habeat violaceo tapete contectos; nec procul absit mensa ejusdem coloris panno obducta, pro Reliquiis, scrutinio &c. aliis verò sedilibus schedulæ cujuslibet locum majoribus litteris exprimentes affigantur, ordine servato secundùm gradus singulorum. Quantum ad Altare majus & paramenta, omnia erunt coloris rubri, nisi missa solemnis aliud exigat, quo casu color celebrantis & ministrorum missæ duntaxat talis erit, qualem missa requiret.

310. *Secundò* Habitus Episcopi in missa synodali Pontificalis & rubei coloris erit, qui si solemniter celebraverit, omnia paramenta Pontificalia, pallio solùm excepto, si ejusdem usus illi alias, prout Episcopo Bambergensi, ex privilegio competat, assumet: at si tantùm adstiterit, tum in missa, tum in synodalibus actionibus, utetur amictu,

albâ, Cingulo, ſtolâ, pluviali, mitrâ pre-
tiosâ, & Baculo, quem vel geſtabit, vel
geſtari faciet: ſiquè uſum Crucis, de-
chiepiſcoporum inſtar, ùt itidem Ber-
bergenſis, habeat, Clericus, qui Cruce
geſtabit in Synodo, ſemper Crucifixi
imaginem ad Epiſcopum præſentem
convertet. Dignitates & Canonici Ec-
cleſiæ Cathedralis parati ſimiliter ad-
runt, Dignitates cum pluvialibus; Pres-
byteri cum Planetis; Diaconi cum Dal-
maticis &c. Abbatibus Regularibus
exemptis c *ut Apoſtolicæ*. 6. De privil.
in 6. uſus mitrarum auriphrygiatarum
procul tamen aureis vel argenteis lami-
nis, in hoc conſeſſu indultus eſt: non
exempti verò, ſimplicibus albis & pla-
utuntur neutri baculis, Collegiatæ non
mutant habitũ in choro conſuetũ; ſed
nec Prælati Religionũ jure mitræ geſtã
deſtituti: nisi fortè Collegiatarum per-
fectis in Proceſſione concedatur uſus
Pluvialis. Rectores parochiarum ſimul
cottam, ſeu ſuperpelliceum, ſtolam ſe-
ferre

ferre solent. Reliqui Clerici & Beneficiati superpelliceo tantùm & togâ talari utuntur.

311. *Tertiò*. Ordo sedendi est talis, ut Episcopus in eminentiore throno sub Baldachino consideat, stipatus à dextris à Capitulo Cathedrali: cujus Canonicis, tanquam Ecclesiam Cathedralem collegialiter repræsentantibus, ideoque meritò cuique alii Episcopis inferiori prælatis, Abbates à latere sinistro, ante reliquos tamen omnes, collocantur. Collegiatarum verò Canonici sedebunt hinc indè, totum Collegium primum à dextris Episcopi, totum secundum ab Ejusdem sinistris; Parochi à tergo collegiatarum; reliqui à tergo Parochorum; Superioribus Regularibus jure mitræ non gaudentibus, in media navi ante faciem Episcopi constitutis: nisi locorum usus aliud ferat, cui præstat in hisce deferri.

312. *Quartò* circa processiones, decretis Ecclesiâ, ad quam, & viâ per

quam eundum est, præfertur unius tùm crux Cathedralis Ecclesiæ, quam sequuntur Regulares, & Clerici eo ordine, ut præcellentiores sint propiores Episcopo locum ultimum obtinens post quem deinde Confraternitates, illiique laici fideles incedunt.

313. *Quintò* S. C. Tridentinum sess. 24. *refor. c.* 18. saluberrimè statuit, ut ad minus Examinatores Clericorum ad regendas parochiales Ecclesias deputandorum, in Diœcesana synodo annuatim ab Episcopo, vel Ejus Vicario proponendos esse, qui synodo satisfaciant & ab ea probentur, sintque idonei: Clerici, seu Regulares, etiam ex ordine mendicantium, ac jurent ad sancta Dei Evangelia, se, quâcunque humanâ affectione postpositâ, fideliter munus executuros; caveantque ne quidquam persuasus, occasione hujus examinis, nec ante, nec pòst accipiant &c. & de his omnibus non solùm coram DEO; sed etiam in synodo Provinciali, si opinione

rationem reddere tenear, in qua, si quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, graviter illius arbitrio puniri poſſint. Quod tamen non extenditur ad alios examinatores ordinandorum, vel approbandorum ad audiendas confeſſiones, quos Epiſcopus etiam extra Synodum pro libitu eligere poteſt.

314. *Sextò*, quantum ad Judices ſynodales, de quibus in Provinciali aut Diœceſana Synodo deputandis pro commiſſionibus Apoſtolicis cauſarum in gradu appellationis agitur in S. C. Trid. *ſeſ.* 25. *Refor. c.* 10. Res hæc vix unquam Religioſos ab ejusmodi Commiſſionibus plerumque immunes concernit; & ob raram hodie convocationem Synodorum, non minùs quàm annua deputatio Examinatorum Synodalium, ab uſu receſſit. Imò, ſi de provincialibus ſynodis quæritur, earum convocatio, inconſultâ S. Congregatione Concilii, nuper prohibita, &

Cardinali cuidam anno 1676. ſpecialiter inſtanti pro ſuo Archiepiſcopatu in Gallia, abſolutè negata fuit.

315. De Cathedratico, ſeu, ùt alii vocant, ſynodatico infrà *n.* 343. videbimus eo hìc ſolùm expreſſo, ſi forſan id universim in ſynodo quadam remittat Epiſcopus, gratuitam ejusmodi condonationem in Decreto memorandam esse, ne quando in præjudicium Cathedratici Epiſcopalis trahatur.

316. Præterea diſquirendum est hoc loco, *num ſaltem Eccleſiæ Cathedrales, Canonici, & Abbates Regulares votum decisivum in hiſce ſynodis habeant?* & respondetur negativè, prout 13. *Januarii* 1594 decisum fuit apud Barbosam in collectaneis ad *h. l. n.* 29. Præmittendæ sunt tamen ante Synodum variæ Congregationes coram Episcopo, in quibus cum Theologis & Canoniſtis, tum Eccleſiaſticis, tum Regularibus per aliquot dies agetur de materia Decretorum Synodi juxta totius diœceſis neceſſitatem,

quæ

quæ si debitè præparata, & ordine congruo disposita fuerit, invocandum etiam erit coram Episcopo Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, ut singula Decreta de Canonicorum Consilio, non autem de consensu, stabiliantur.

317. Statuta Synodalia, cùm ab universa Diœcesi fieri dicantur, non desinunt obligare post Episcopi cessum, vel decessum: nec solùm Diœcesanos omni jure subjectos; sed etiam in iis, quæ administrationem Sacramentorum, vel aliud quid, in quo Regulares Episcopis subjiciuntur, respiciunt, ipsosmet Regulares, etiam exemptos obstringunt: dummodo non obvient Juri communi, nec privilegiis, contra aut præter jus, à S. Sede rationabiliter concessis, atque in usum deductis. Quapropter cùm in Diœcesana Synodo Cracovienſis Episcopus decrevisset, ut quicunque Prælati Monachorum indistinctè coram Episcopo; Regulares verò mendicantium ordinum, ratione rei, contractûs,

aut

aut delicti, coram eodem conveniretur: Paulus V. die 9. *Julii* 1618. ad Nuntium Apostolicum tunc in Polonia commoratum, prætensionem Episcopi Cracovienſis nequaquam subsistere, prescribi mandavit.

318. Hoc denique monendum occurrit, si quid inserendum videatur hisce statutis, quod ipsas Regularium exemptiones & jura Episcopo non subjecta concernit, utendum non efficacibulo *statuendi*; sed solummodo ponendum E. G. *Intelligant Regulares se teneri ex sanctionibus Canonum &c.* ne videatur ab Episcopo quoad talia extra forum suum pro Regularibus exemptis jus novum induci.

Cum

Caput VIII.

De Decimis, Primitiis, subsidio Charitativo, Evlogiis, cathedratico, & quota funerali.

319. *Quid sint Decimæ, & quo Iure introductæ?*

320. *Divisio Decimarum.*

321. *Decimæ reales & mixtæ solvendæ absque deductione.*

322. *Quibus Ecclesiis debeantur singulæ Decimæ?*

323. *Obligatio ad Decimas; & earum Iudex, maximè si sint Laicales.*

324. *Æqualis olim obligatio Monachorum ac caterorum Laicorum.*

325. *Decreta Gregorii VII. & Paschalis II.*

326. *De statu Decimarum tempore Hadriani IV. ubi specialiter de ordine Cistercienſi*

327. *De sexto & septimo tempore sub Alexandro III. & Innocentio III. celebriq; Concilio Lateranensi.*

328. *De privilegiis post Concilium Lateranense.*

329. *In materia Decimarum contra Regulares adhibendus est rigor in favorem Parochiarum & Ecclesiasticorum.*

330.

330. De Novalibus.

331. Tenor privilegiorum Regularibus concessorum probè inspiciendus.

332. Pœnæ Canonicæ adversùs Religiosos defraudantes, impugnantes, aut conciliantes contra Decimarum solutionem.

333. Quâ ratione hæc materia Decimalis concernat Episcopos?

334. Primitiæ & vetus earum usus.

335 Primitiæ ter solutæ per annum apud Ebræos. Vbi de Primitiis Pentecostes Christianæ.

336. Primitiarum usus olim ab Ecclesia præceptus, hodie desitisse videtur: ubi de obligatione Decimatorum tum sæcularium, tum aliorum.

337. Obligatio ad solvendum Episcopo subsidium Charitativum.

338. De justa causa, & tribus requisitis exigendum subsidium Charitativum.

339. De Quantitate subsidii Charitativi.

340. Obligatio Regularium ad pendendum Episcopis subsidium Charitativum.

341 De Evlogiis.

342. Cathedraticum pro honore Cathedræ & ob beneficium Consecrationis, solvendum.

343. Synodaticum pendendum in Synodis Diœcesanis.

344.

344. *De inthronistico, insinuativis, & epulis additialibus sublatis.*
345. *Definitio Quotæ funeralis.*
346. *Tres classes privilegiorum circa solutionem Quotæ funeralis.*

319. DEcimæ definiri possunt ex c. *Ex Transmissa. 23. X. de Decimis.* Decima pars bonorum mobilium licitè acquisitorum, Ecclesiæ ministris eroganda; & quatenus hæ materialiter ac secundùm substantiam spectantur, videlicet ùt necessarium stipendium ministrorum Ecclesiæ, sive ùt *Decimæ sustentationis*, descendunt à Jure naturali ac Divino *Matt. 10. v 40. & 1. Cor. 9.* Formaliter autē & secundùm determinationē aliquotam in novo Testam. proveniunt ex Ecclesiastica lege tantùm, ad imitationem ac similitudinem veteris Legis Divinæ; remanente ratione obligationis, ut inservientes Altari de oblatis nutriantur. Ubi vides, Decimarum solutionem partim ad Justitiam pertinere, partim ad Religionem: ad hanc quidem, qua-

quatenus indè aluntur ministri, àqu
bus defertur cultus publicus DEO
quem exhibere non possent, si defec
erentur necessariâ sustentatione; ali
lam verò, quatenus directè pendun
ministris ob susceptam in se obligat
nem ministrandi populo Sacrament
supplendi pro eodem, quos justum
ali vicissim per Decimarum exhibit
nem, vel alios modos de consuetud
aut Jure præscriptos 1. *Corin.* 9. v. 7.
seqq.

320. Decimæ dividuntur in perso
les, reales, & mixtas: sicut enim fruct
um alii sunt personales sive industria
alii naturales sive prædiales; alii mi
qui sinè prædiis & hominum indust
percipi nequeunt per ea, quæ trad
DD. ad *Librum* VII. *Pandectarum*
planè Decimarum aliæ sunt *perso*
quæ ex lucro, quod quis ex indust
vel artificio facit E. G. ex militia, n
gotiatione, venatione, conductione
storum vectigalium &c. c. *Pastoral*

28. ✠. *De Decim.* aliæ *prædiales*, quæ ex fructibus, oleribus, fœno &c. c. *Noneſt.* 22. ✠. *h.t.* aliæ denique *mixtæ*, quæ ex paſtu animalium E. G. fœtibus, lacte, Agnis, lana &c. c. *omnes.* 5. XVI. q. 7. ſolvuntur. Quæ tria Decimarum genera Jure exigi, & pendi debent: reales quidem & mixtæ ubique; perſonales in Gallia conſtitutione Philippi Pulchri ſublatæ ſunt, aliisque in locis in deſuetudinem abierunt: quò reflexiſſe videtur Innocentius III. eos Mercatores ad Decimarum ſolutionem compellens, qui ex conſuetudine ſolviſſe tunc inveniebantur.

331. Circa Decimas c. *Tua nos.* 26. ✠. *h.t.* ponuntur tres Regulæ: I. eas ob favorem piæ cauſæ ſolvendas eſſe abſque deductione ſeminis & expenſarum, quæ percipiendorum fructuum causâ fiunt, ne DEUS rerum Dominus, cui Decimæ penduntur, deterioris conditionis ſit, quàm Dominus temporalis, cui cenſus & collectæ ſinè hujusmodi dedu-

deductione aut seminis separation
præstantur: maximè cum Decimarum
persolutio nunquam sinè magno fi
ventium commodo facta fuerit, teste
Augustino relato c. *Decimæ*. 66. XV
q. 1. & c. *Majores* 8. XVI. q. 7. atque
proverbium abierit, qui DEO dec
mam non dederit, eum ad decimam
vocatum iri. Exceptis tantummod
Decimis personalibus E. G. de nego
atione c. *Pastoralis*. 28. ✠. h. t. qu
cùm ex lucro præstentur, quod dici
potest nisi deductis expensis, Eccle
meritò ad fructus civiliter acceptos
spexit.

322. II. Decimæ *personales* debe
tur non Capellis, vel Oratoriis; sed E
clesiæ Parochiali pro onere admi
strandi Parochianis Ecclesiastica Sac
menta. c. *Questi sunt*. 46. XVI. q.
c. *Ad Apostolicæ*. 20. ✠. h. t. Quæ
prædiales, contraria consuetudine ra
onabili secluså, cui meritò deferendu
esset, eæ debentur Parochiæ, sub qua
præ-

prædia sita sunt c. *fin* ⁂. *de Paroch.* ex institutione Ecclesiæ, quæ cuique Parochiæ assignavit Decimas prædiorum ibi sitorum, etiam à Judæis c. *de terris* 16. ⁂. *h. t.* ob inhærentem ipsismet prædiis Decimarum obligationem. *Mixtæ*, utpote partim reales, partim personales, inter Parochum Domicilii, & eum, in cujus districtu sunt pascua, partiendæ videntur: glossa tamen in cit. c. *Ad Apostolicæ* 20. V. Personales. ⁂. *h. t.* eas prædialium jure censendas affirmat, ut, si pascantur pluribus in locis, singulis pro rata temporis decimæ debeantur.

323. III. Laicos teneri præstare Decimas tum reales, tum personales, appellatione remotâ: in quibus illico postperceptionem aut stati temporis lapsum pendendis si tardi vel obstreperi fuerint, Decimatoribus actio in illorum personas, vel requisitio officii Judicis Ecclesiastici competit, nisi agatur de quæstionibus decimarum Laicalium, quæ titulo temporali, & non spirituali

possi-

possidentur, quo casu seu disceptetur petitorio, seu de possessorio, Adrianus & Laymannus de *Germanis*; Rebuffus de *Hispanis & Gallis*; Borellus *Neapolitanis*.; Menochius de *Venetis*; Thesaurus de *Sabaudis*; aliique de aliis nationibus, & Covarruvias, Stephanus Gratianus, Navarrus, Cævallos & universim testantur, cognitionem pertinere communiter ad Judicem sæcularem, etiam privativè ad Ecclesiasticum, cùm tunc non agatur de spirituali jure decimandi; sed de facultate percipiendi fructus contentos sub nomine *Decimarum*, ùt pulchrè S. Thomas advertit.

324. Quæritur: *Quid de Religiosis quoad activam Decimarum solutionem dicendum sit?* Rx. eos teneri de jure communi, & in hoc onere ferendo Laicis accenseri: diversis tamen temporibus diversa his vel illis modò concessa modò adempta fuisse. Nam *primitivo tempore*, cùm laicorum adinstar à Sacerdotibus spirituali cibo salvifici Corporis &

Ve-

Verbi DEI pascerentur, non aliter ac cæteri laici ad Decimas & oblationes præstandas obstricti fuerunt, c. *Ecclesiæ* 43. *& seqq.* XVI. *q.* 1. tum ex iis quæ aliorum munificentiâ monasteriis donata fuerant; tum quæ opere manuum obtinuerant: cujusmodi oblationes etiam ab Anachoretis factas fuisse celeber Palladii locus ex vita Nathaëlis confirmat.

325. *Secundum* tempus fuit S. Gregorii VII. relati c. *Decimas.* 47. XVI. q. 1. quo Religiosi ab onere pendendi Decimas de suis prædiis generaliter liberati fuerunt circa Annum 1075. quod cùm damnosum esset Ecclesiis Parochialibus: *Tertiò* Paschalis II. cit. c. *Decimas.* 47. decrevit, de Religiosorum vel Clericorum communiter viventium laboribus seu nutrimentis propriis nihil esse extorquendum: quâ ratione consulebatur tum Religiosis Sacerdotibus, qui Divinis ac contemplationi vacabant; tum monachis laicis, qui, ne desidiæ ac turpi

pi otio locum facerent, manibus suis prædia excolendo victum quærebant: hoc quidem absque gravi Parochorum incommodo, cùm rara tunc essent monasteria, Religiosique non possent... ta prædia propriis manibus colere, ... rùm cùm modicæ hæ immunitates, ... crescente dietim Religionum & Con... ventuum numero, longas radices ag... rent:

326. *Quartò* Hadrianus IV. rel... c. *Ex parte.* 10. ✠. *h.t.* circa A. C. ... solis fratribus Cistercienſis ordi... Templariis, & Hospitalariis Decim... laborum suorum, quos propriis ma... bus vel sumptibus colunt, indulsit: ... teris verò tantùm, ut de novalibus ... quæ propriis manibus vel sumptibus ... colunt; & de nutrimentis animal... suorum, & de hortis suis Decimas ... persolvant: Cumque Cistercienſes ... immensum excrescerent, & pluribus ... tifundiis ditarentur à fidelibus, quor... Decimæ hoc pacto Ecclesiis subtra...

bantur, paulò ante Generale Concilium Lateranense in Cistercienſis ordinis Capitulo generali prohibitum fuit, ne Religioſi hujus Ordinis, nisi fortaſſe pro Monaſteriis de novo fundandis, prædia deinceps coëmerent: imò ab Alexandro III. c. *Recolentes.* 3. X. *de ſtatu Mona.* graviter iisdem legimus exprobratum, quòd, etſi non omnibus, neque in omnibus; à plerisque tamen & in pluribus à Sancta ipſorum inſtitutione declinatum fuerit in tantum, ut aliqui ex iisdem contra ordinis ſui regulam, villas, Eccleſias, & Altaria poſſederint, fidelitates & hominia ſuſceperint, juſtitiarias & tributarias tenuerint &c. quibus proinde ſignificavit, juſtum eſſe, ſi conſtitutis in prima fundatione terminis contenti non ſint, ut, qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam &c. Quod univerſim Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus apud Petrum Bleſenſem paulò ſeveriùs exagi-

tat, inquiens: *Si Dominus Papa in*
gentiâ speciali privilegiavit vos, d
Ordo vester in paupertate gaudebat,
tuit tolerari ad tempus: licèt in com
nem redundaret injuriam, quod
necessitatis fuerat introductum.
autem quando vestræ possessiones m
plicatæ sunt, etiam in immensum,
legia hæc potiùs ambitionis, quàm
onis instrumenta censentur.

327. *Quintum* tempus est Al
dri III. qui quidem initiô irreligi
duxerat, in epistola ad Archiepisc
Eboracensem perscripta, non au
quoad immunitatem Religiosor
Decimis, privilegia quondam conc
sed attentis quotidianis Convent
atque proventuum incrementis, st
ut Decimas solverent de agris co
ctis. *Sexto* tempore Innocentius
in generali Concilio Lateranensi,
absolutè decrevit, ob enorme dispe
um Ecclesiis Parochialibus ex m
dine possessionum obortum, de p

con

conductis, & deinceps acquirendis, etsi ea propriis manibus ac sumptibus excoluerint, Decimas ab iis esse præstandas Ecclesiis, seu parochiales, seu aliæ fuerint, juxta expositionem Rotæ *decis.* 193. *p.* 7. *Recen.* quibus ratione prædiorum antè solvebantur: nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum: quæ compositio non est personalis tantùm, cùm firmetur authoritate Juris; sed realis nomine Ecclesiæ facta, etiam afficiens Successores. V. DD ad c. *Nuper.* 34. ✠. *de decimis*, ubi cùm Religiosi se fundantes in tempore probare debeant possessionem ante dictum Concilium habitam, facilè constabit de acquisitione ex Data Instrumenti acquisitionis collata cum tempore Concilii, quod in Basilica Lateranensi Romæ celebratum fuit A. C. 1215. His paulò fusiùs prænotatis,

328. *Dubium* oritur, de *ultimo* post memoratum Lateranense Concilium tempore, *an valeat privilegium exemptio-*

ptionis [illegible] *tione Decimarum prædia-*
lium noviter impetratum? ad quod [illegible]
hæsitandum non esse super validitate
privilegii Apostolici, si de mente S. Pon-
tificis constet, quæ semper abesse pre-
sumitur, quoties privilegio non est in-
serta clausula expressè derogatoria de-
ctæ Constitutionis Conciliaris, juxta
Regulam generalem, Decreta Concili-
orum generalium egere speciali men-
one explicitâ, vel ta[illegible]plicitâ, quæ ex-
plicitæ æquipolleat [illegible]. *Ex parte. 3.* [illegible]
de Capel. Monachor. nec obstat, quod
hæc constitutio non fuerit immediate
à Concilio, sed ab Innocentio III. [illegible]
eodem Concilio edita: quia nihilom-
nùs quoad effectum necessariæ dero-
gationis expressæ venit nomine Dec-
ti Conciliaris, ùt optimè Rota non [illegible]
mel resolvit. Quam ob rem etiam
novissimè Gregorius XIII. privilegii
exemptionis à solutione Decimarum
prædialium Religiosis Societatis JESU
concesso specificam derogationem [illegible]

c. Nuper.

c. *Nuper.* inseruit: de quo vide plura apud Rotam *cit. decis. 193. n. 5. p. 7. Recen.*

329. Observanda est insuper hoc loco Magistralis distinctio Abbatis ad sæpecitatum c. *Nuper.* 34. ✠. *de Decim. n. 3. & 4.* inter laicos, & Ecclesiasticos vel Ecclesias: ubi enim agitur de præscriptione Laicorum quoad jus decimandi activum, tunc rigorosè procedi solet ob eorum incapacitatem obtinendi jura spiritualia, adeoque ob resistentiam Juris positivam: at ubi de Clericis & personis Ecclesiasticis, non proprio ac privato, sed Ecclesiæ nomine hanc præscriptionem deducentibus sermo est, favor omnino pro talibus militat, quia Decimæ, de Jure Divino, DEO & Ecclesiæ in universum debentur, sicque jus non ita, ùt in primis, resistit. Hinc cùm Monachi quondam essent Laici tantùm, & sæcularium adinstar Decimas solverent: ab aliquo tempore Rota & Curia Romana, teste

Joanne Baptistâ de Luca, contra Regulares exemptos adhibere consueverit rigorem, in favorem Parochorum & Ecclesiasticorum: quia nimirum, cùm olim illi in statu paupertatis numerosi modico vixerint, facilè à Parochis & Ecclesiasticis per speciem eleemosynæ dissimulata fuit exactio Decimarum, quæ eadem ratio S. Sedem Apostolicam impulit ad privilegia quædam iisdem tantò liberiùs concedenda. Sed postquam tractu temporis prædicti Regulares ex piis dispositionibus, aut etiam contractibus correspectivis plurimùm ditati, & prædia à sæcularibus solutioni Decimarum obnoxiis nacti fuêre: memorata æquitas sive commoratio resoluta fuit in gravem juris parochialis læsionem c. *suggestum* 9. X. de quapropter concessio hæc exemptionis à Decimis, ex quo ob positivum & voluntarium factum eorum, qui eam obtinuerunt, E. G. ob novam acquisitionem bonorum aliàs decimabilium, ...

rnium nocere aliis incipit, cassanda est illico; vel ad justitiam & æqualitatem reducenda.

330. Secùs est de Novalibus, quæ cùm non nisi magnò labore ac sumptu ad cultum redigi soleant, & priùs bona planè sterilia adeoque Decimationi nequaquam obnoxia fuerint, non extante memoriâ, quòd talis ager aliquando cultus fuisset c. *Quid per novale.* 21. X. de V. S, æquitatis ratio postulat, ut de illis, quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt, si Paræcialis Ecclesia nullos indè priùs ab immemoriali tempore proventus perceperit, decimas non persolvant: manentibus quoad hoc, etiam post Concilium Lateranense, privilegiis Adriani IV, & Alexandri III. in suo vigore.

331. Quantum autem hodie Religiosis per Apostolica privilegia, post sæpe memoratum Lateranense Concilium, competat, ex inspectione tenoris eorundem videndum ac probè conside-

randum est, an privilegium directè a per se concipiatur in res, quo casu etiam ad Colonos extenditur; an verò in personas, vel ipsam Religiosorum communitatem tantùm, adeò ut personale tantùm sit, nec ad colonos transeat pro maturam privilegii personalis.

332. Religiosi quicunque, qui Novalium, aut alias Decimas Ecclesiis debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut exquisitis fraudibus sive colloribus usurpare: seu qui de animalibus familiarium, & pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium; seu qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptáque tradunt venditoribus vel aliis ab ipsis tenendis; seu qui de terris, quas tradunt aliis colendas, decimam solvi Ecclesiis non permiserint, aut prohibuerint: nisi, post requisitionem per eos, quorum interest super hoc, eis factam, à præmissis ab-

sint.

stiterint intra mensem; aut si de iis, quæ contra præmissa usurpare vel retinere præsumpserint, intra duos menses damnificatis Ecclesiis emendam non fecerint competentem: sint & tamdiu maneant ab officiis, administrationibus, & beneficiis suis suspensi, donec destiterint, & satisfecerint, ùt superiùs est expressum. Quòd si Religiosi hujusmodi administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu, quo alii supradicti suspensiones, ipsi sententiam excommunicationis incurrunt, ante satisfactionem condignam nullatenus absolvendi: privilegiis non obstantibus quibuscunque. Clem. *Religiosi*. 1. h. t. cui consonat S. C. Tridentinum *sess.* 25. *refor. c.* 12. ibi: *Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur; nec ab hoc crimine, nisi plenâ restitutione secutâ, absolvantur.* Quod Clem. *Cupientes. de pœn.* maximè verum est de Religiosis, in sermonibus suis ad populum, vel alibi, per verba retrahere co-

nantibus à suo debito homines ad solu-
tionem decimarum obligatos.

333. *Quæres*: quâ ratione hæc materia
Decimalis concernat Episcopos? Resp.
ob certam portionem decimarum, alio-
rumq; parochialium emolumentorum
Episcopis à parochis debitam, quæ vo-
catur *portio Canonica*, seu *Episcopalis*
& vulgò dicitur *Quarta*, eò quòd pa-
rumque soleat esse quarta pars, c. con-
querente. 16. ✠. *de off. ordi.* c. *quoniam*
13. ✠. *h. t.* quamvìs non ex præcisa ne-
cessitate, cùm alicubi eam majorem, ali-
bi verò quandoque minorem esse con-
tingat. Hæc cùm, deficiente Decima-
rum Parochialium quanto, juxta pro-
portionem similiter diminuatur; & pro-
tereà Episcopis quorumcunque juri-
ad se vel suos quomodolibet pertinen-
tium custodia fidelis injuncta sit: ma-
rum non est, quòd accuratè in hac ma-
teria tot violationibus, coloribus, &
controversiis obnoxia invigilent: ad-
ut Adamus Episcopus Scotus ob De-

mas à Cathanesiis exactas, & S. Bellinus Patavienſis Epiſcopus ob Thomam Capivaccium excommunicationi propter decimas pertinaciter Eccleſiæ ſubtractas ſuppoſitum, mortem oppetierint: dummodo nimia diligentia nec eos, nec Parochos Divinæ reprehenſionis Judaicorum ſacerdotum reddat participes, de quibus S. Cyrillus ad Populum Judaicum, DEI nomine, *Populemi, expilatores tui quaſi racemant te*: dictum fuiſſe obſervat.

§. II. *De Primitiis.*

334. *Primitiæ*, ſive, ùt Verrius Flaccus à Præmetendo legit, *Prametia* ſunt partes fructuum jam collectorum, quæ primùm tolluntur, & Deo offeruntur: de quibus *can. Apoſt.* 3. & 4. legimus, quòd ab ipſo Eccleſiæ exordio primitiæ novarum frugum atque recentium uvarum Epiſcopo & Presbyteris oblatæ fuerint; extatque ſolemnis oratio ab Epiſcopo fieri ſolita pro primitiis oblatis apud Clementem Romanum. Quem

Primitiarum usum ut vel Christianis ridiculum, vel in Paganis laudabilem faceret Julianus Apostata, Arsacio Galatiæ Pontifici præcepit apud Sozomenum, ut doceret pagos Gentilium, ex fructibus offerri Diis Primitias quamvis negari non possit, jam primum apud Romanos, tum apud Græcos eorundem usum extitisse; festumque ab iis habitum, ab illis *Ambarvalia* nuncupatum fuisse.

335. Apud Hebræos, Primitiæ tum solvebantur in anno, nimirum in Paschate, de novis spicis; in Pentecoste de novis panibus; in festo Tabernaculorum, mense Septembri, de novis fructibus, ùt ex *Deuter.* & *Levit.* Doctores observant: ex quibus etiam Demochares notat, oblationem Pentecostalem Panis è novo tritico confecti fuisse typum incruenti sacrificii ab Apostolis in Christiana Pentecoste primùm oblati, assentiente S. Irenæo, qui beatissimus Primitias nostras in Eucharistia offert

DEO

DEO contendit. Quapropter S. Doctor Angelicus, qui jussu Urbani IV. officium & Missam Sanctissimi Altaris Sacramenti mirabili pietate composuit, in *lectione quinta*, quæ feriâ sextâ infra octavam Corporis Christi dicitur, egregiè memorat, hoc festũ primâ quintâ feriâ posto octavam Pentecostes à cunctis Fidelibus celebrari. Sed ut ad Primitias Judæorum redeamus, Earum quantitas licèt in lege Moysis definita non fuerit, Traditio tamen fuit arbitrio Magistrorum inolita, ut non esset minor sexagesimâ fructuum, nec major Quadragesimâ c. *Decimam. 1.* ✠. *de Decim. & primit.*

336. Primitiarum oblationem Ecclesia approbavit; imò præcepit c. *Revertimini.* 65. XVI. q. 1. dicente jam dudum Origene *hom.* 11. *in lib. Numer.* non videri hujusmodi hominem habere memoriam DEI, qui non offert primitias Sacerdotibus, adeò ut, sicubi Primitiæ adhuc receptæ sint, Religiosi non minùs,

nùs, quàm Laici, ad earum præstationem obstringantur, nisì privilegio speciali se præmunitos ostendant: plerisque tamen in locis illarum oblatio in desuetudinem abiit; nec quicquam obstitit, quò minùs, cùm principaliter constituta fuerit Ecclesiastico solùm Jure ob congruam sustentationem ministrorum Ecclesiæ, si his aliunde provisum sit, prædicta oblatio ab usu recederet. Quòd si verò Parochis & aliis Ecclesiæ ministris aliunde provisum non sit, resurgit prima obligatio offerendi primitias, & solvendi decimas, quæ in alienis manibus, pro tali statu, remanere non possunt, nisì cum ministris Ecclesiæ saltem super eorum sustentatione congrua conveniatur.

§. *III. De subsidio Charitativo.*

337. Subsidium charitativum litteraliter secum affert significationem suam, quòd Episcopus illud, tanquam adjumentum subsidiarium, cum charitate à Clericis postulet ex necessaria causa

sicut

ficut à principe sæculari ob necessitatem publicam aliquid superindicti nomine exigi solet L. *un.* C. *de superindicto*, quod non dicitur novus census, sed cessante necessitate ad tempus intermissus L. *Et Attilicinus*, 35. ff. *de servit. præd. rustic.* Quo fit, notante Baldo, ut subsidium Charitativum, licèt cum charitate peti soleat, non sit tamen liberalitas; sed refragantes, stante necessitate, compelli possint Abb. in c. *cùm Apostolus*. 6. *n.* 5. ✠. *de censib.* quin ly *Charitativum* justam coactionem excludat; sed potiùs ubi charitas non proficit, potestas sit adhibenda. C. *licet*, 6. c. *& qui emendat*. 11. *dist.* 45. adeò ut, existente manifestâ & rationabili causâ, Edictum affigi possit, ut non solventes subsidium intra certum tempus excommunicentur Barbos. *de off. & potest. Ep. p.* 3. *alleg.* 87. *n.* 5.

338. Dicetur autem justa causa, si proprii redditus non sufficiant Episcopo; si Ecclesia vel Episcopus ære alieno gra-

gravetur; si eundum sit ad S. Pontificem,
Concilium generale &c. si faciendi
sumptus in rebus Ecclesiæ defendendis
&c. suppositis tamen tribus requisitis
1. quòd è singulorum Clericorum pro-
ventu tantum supersit, ut hæc & simil
onera supportare possint. 2. quòd Epi-
scopus sit pauper, aliunde non habens
modum. 3. quòd adsit necessitas reci-
ciens ipsammet Ecclesiam. Ut proc-
simis assentatoribus Episcoporum ha-
bendi sint, qui indiscriminatim, subla-
tâ licèt communi necessitate, certam
speciem Corporis reddituum indè fac-
endam existimant, ignari, vel non co-
gitantes, quàm grave sit coram DEO
ad augendos qualescunque proventus
solis artificiis, non rationibus uti. Quam
ob causam S. Thomas Archiepiscopus
Cantuariensis apud Joannem Sarisbu-
riensem, consuetudinem de secundis au-
xiliis, seu perpetuato citra necessitatem
subsidio, ab Archidiacono suo Eccle-
siis impositam, voto ad DEUM facto,
dele-

destruxit. Quòd autem alicubi requiratur etiam præscitus, vel consensus Principis territorialis, è particularibus pactis ortum trahit, cujusmodi præcedente sæculo inter Serenissimam Domum Bavaricam, & Ordinarios Bavariæ initum fuit: quali secluso, standum est Juri Communi, ac usui recepto, cui etiam Celsitudo sua, quoad Clerum suum in Palatinatu degentem, hodiedum insistit.

339. Circa quantitatem nequit constitui Regula generalis cuique casui applicabilis: quia tamen usus Ecclesiarum ac Regionum inter se differunt, insistendum est Taxæ consuetæ, nisì circumstantiæ alterationem quampiam, sive per augmentum, sive per diminutionem, justè requirant: habito semper præ oculis eo, quod fieri debet.

340. Regulares ab hoc onere prorsus immunes se putant, eò quòd monasteria sint exempta à Lege Diœcesana c. *Ne pro cujuslibet*. 37. XVI. q. 1, c. *Quàm*

sit.

sit. 5. XVIII. q. 2. ad quam subsidium Charitativum passim reducitur ab Authoribus ad c. *Conquerente.* 16. & c. *Dilectus.* 18. ✠. de *offi. ordi.* utpote consistens in passione dulci Episcopi, seu in recipiendo: dum è contrà ea, quæ in-ction, scil. in dando, vel conferendo consistunt, ad Legem jurisdictionis pertinere dicuntur: cujus Regulæ veritatem aliorum dilquisitioni relinquo; quantum verò ad rem nostram, assero, si monasteria quædam vel ex consuetudine, vel ex speciali privilegio Episcopi, subsidium Charitativum dependerint, idipsum porrò servandum esse Benedicti XII. Constit. *Vas electionis.* §. *Præmissis quoque.* v. *monasteriis.* ibi: *ex Apostolicæ indulgentia, vel consuetudine.* dummodo modus non excedatur Clem. *un.* §. *nulli*, junctâ gl. in v. *exigendo. Decisiones Prælat.* Abb. in cit. c. *Dilectus. num.* Quibus accedit, cùm res non sint de nere transeant, plurima monasteria non planè de novo, sed ex antiquis fa-

cletis,

cleſiis, Capellis, aut aliis bonis huic oneri obnoxiis fundata; vel Religioſos non nisi cum hac obligatione ab Epiſcopis admiſſos fuiſſe.

§. IV. De Evlogiis.

341. Evlogiæ hic ſunt parva munuſcula, honoris & cultûs gratiâ, Epiſcopis vel aliis dignioribus viris offerri ſolita, nullo jure cogente, de quibus ita habet Meldenſe Concilium *can. 45. decet Presbyteros cum voluntariis Evlogiis tempore congruo viſitare, & venerari ſuos Epiſcopos.* Quarum uſus cùm in Germania ſaltem obſolverit, ex c. *Eleutherius* 30. XVIII. q. 2 hoc ſolùm ſubjungo, Pelagium S. P. conſtituiſſe quondam, ut à Monaſteriis aliquid Epiſcopo nomine Evlogiæ offerretur: quod cùm à conſuetudine duntaxat, à qua etiam hujusmodi penſitationes c. *ſcientes. 3.* X. *de cenſib.* unico vocabulo, *conſuetudines*, dictæ ſunt, pendeat, ſingulorum locorum uſus eſt obſervandus.

§. V.

§. V. De Cathedratico & Synodatico.

342. Jure communi omnes Eccle-
siæ in Diœcesi positæ, etiam eæ, quæ
Monasteriis ab Episcopo de Capitu-
consensu concessæ sunt, ad Cathedra-
cum Episcopo solvendum tenentur c.
Pastoralis 7. ibi: *omnes proventus pra-
ter Cathedraticum* X. *de donation.*
idque pro honore Cathedræ Episcopa-
lis, & ob beneficium Consecrationis
Placuit. 1. X. *q.* 3. olim tertia vel quar-
ta portio, aut quarta decimarum accessio-
tionum, de qua suprà *n.* 333. Episcopo
dari solita, erat pro Cathedratico & pro
visitatione c. *Decernimus*. 10. X. *q.*
cùm autem Episcopi, hoc tanquam or-
dinario proventu retento, non visi-
rent; vel intermissâ visitatione, pro-
siones, quibus in profectione uti debe-
rant, aliquo pretio à visitandis redi-
facerent c. *Relata*. 9. X. *q.* 1. eorum ob-
sidia novis juribus, constituto duorum
solidorum pretio, corrigenda fuerunt
hodie.

hodiedum pluribus in locis annuatim Episcopis persolvi consueverunt.

343. Sed & Cathedraticum pro synodatico, de quo c. *olim* 20. ✠. *de cens.* sumitur; & nisi condonetur ab Episcopo, in Synodis Diœcesanis solvi debet ab iis, qui ad illud ex consuetudine, aut publica conventione obstringuntur. Ubi Gavanto *in praxi Synodi Diœcesanæ* meritò displicet annua ejus exactio (nisi aliud consuetudo postulet) licèt Diœcesana Synodus non celebretur.

344. Cathedraticum etiam aliquando sumitur pro eo, quod Episcopus pro inthronizatione seu introitu Principi solvere debuit, respondens sportulis olim Romæ pro introitu datis à viris ad aliquem gradum vel ordinem assumptis; & Turcarum Pescesio, obdelatum alicui Patriarchatum Constantinopolitanum, initio suscepti muneris illi Imperatori præstando: quod & ad reliquos Clericos pro sua additione, sub nomine

mine ἐμφανιστικῶ *Nov.* 123. protensum: sed ab Ecclesia, tanquam Simoniacâ pravitate infectum, continuò reprobatum fuit: Cujus farinæ sunt etiam insinuativa memorata in eadem Novella, quæ Conclericis, congratulationis, mutuæque Societatis ineundæ causâ, pro insinuatione seu admissione sua ad eandem Ecclesiam, præstari consueverant, idcircò, unà cum pastibus seu epulis aditialibus à Celsissimo ac Reverendissimo Principe Nostro in Collegiatis Bambergensibus meritò per Decretum prohibita. Sed hæc sunt alterius loci.

§. *VI. De quota funerali.*

345. Quod lepidè olim notavit Abbas antiquus in c. *Nos instituta.* 1. ibi *sint consolationum socii, ùt fuerant passionum* ✕. *de sepul*: vitam laicorum esse Clericis passionem; mortem vero consolationem: videri potest etiam hic in Regularibus locum habere quoad Clericos privativè, quos, siquando pa-

gue funus aliquod nacti sunt, ab omni participatione vellent exclusos, nisi tenerentur ad Quotam funeralem (quæ est *Canonica portio quædam debita Parocho de omnibus iis, quæ Regularibus obveniunt exinde, quòd aliquis in eorum Ecclesia sepeliatur:*) de Jure, quod tamen etiam non unam variationem subiit, ùt Joannes Baptista de Luca *disc. 25. de Paroch.* tribus privilegiorum, seu constitutionum Apostolicarum classibus distinctis, ostendit. *Prima* classis est earum constitutionum, quæ prodierunt ante Concilium generale Viennense registratum in Clem. *Dudum. 2. de sepul. Altera* privilegia post dictum Concilium Viennense; sed ante publicationem S. C. Tridentini concessa concernit. *Tertia* est eorum, quæ post S.C. Tridentini publicationem A. C. 1564. factam emanârunt.

346 De *prima* Classe nihil in ordine ad praxin dicendum supereſt, ob expressam revocationem in cit. Clem.

Dudum

Dudum contentam. Quoad *secundam*, in singulis quibusque casibus videndum est, an in locis, de quibus dubium oritur, jam ante annos quadraginta *quarta funeralis* Cathedrali, aut Parochialis Ecclesiæ solita fuerit persolvi, ac postea persoluta fuerit ex quocunque privilegio: quo casu eadem deinceps integro jure, & eâdem portione, quâ antea, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persolvatur: non obstantibus gratiis, concessionibus, privilegiis, etiam Marianis, aut aliis quibuscunque S. C. T. in *sess. 25. refor.* c. 13. Circa *Tertiam* speciem, quæstio facti est, an adsint non privilegia, quantum concedant, &c. contineant dicti Concilii generalis Viennensis revocationem expressam, quorum inspectionem proinde opportet recurri.

Can.

Caput IX.

De obligatione Religiosorum reddendi coram Episcopis annuas rationes suorum proventuum.

347. *Quæcunque res Ecclesiæ cum judicio Episcopi gubernanda sunt ac dispensanda.*
348. *Dispositio S. C. Tridentini: ubi de rationibus annuis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis.*
349. *Quid de Religiosis in Diœcesi Herbipolensi?*

347. QUascunque res Ecclesiæ convenit cum omni diligentia & bona fide gubernari ac dispensari cum judicio & potestate Episcopi c. *Quæcunque 5 X. q. 1.* cùm enim de Jure communi Loca Religiosa, Monasteria scilicet & Hospitalia &c. sinè licentia Episcopi construi dedicarique non possent c. *Nemo 9. de consecr. dist. 1.* æquum fuit, ut post constructionem & consecrationem sub ejusdem jurisdictione ac cura

permanerent, nisi vel per concessionem
Apostolicam; vel per renuntiationem
Episcopi cum consensu Capituli de
Sedis licentia factam; vel per legitimam
præscriptionem eximerentur. Cæ
modi quidem exemptiones cùm odiosæ
sint, & adversæ Juri communi, strictis-
simè accipi debent, nec ultra Exemp-
tum possessionem ac usum protendi.

348. Unde cùm S. C. Tridentinus *sess. 22. refor. c. 9.* Administratores
Ecclesiasticos, quàm Laicos, fabricæ
cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedra-
Hospitalis, Confraternitatis &c. & quo-
tumcunque piorum locorum, singu-
annis ad rationem administrationis
dinario reddendam obstringat, c
suetudinibus & privilegiis quibuscum
in contrarium sublatis: nisi secus
in institutione, & ordinatione talis
clesiæ, seu fabricæ expressè cautum
set: certum est, Capitulum & Cano
cos teneri reddere ordinario ration
administrationis fabricæ Eccles Ca-
thed

thedralis, ùt, præter expressam Concilii mentem, Armendarius insuper refert decisum.

349. Secùs est de Religiosis exemptis, apud quorum plerosque usus obtinuit, ut de administratione monasteriorum non reddant Episcopis rationes: in Diœcesi tamen Herbipolensi contrarium viget, ubi tam exempti, quàm non exempti, Canonici Regulares, Benedictini, Cistercienses, Præmonstratenses, Carthusiani, quatuor ordines mendicantes, & alii (solis monasteriis speciosæ Vallis, & Ebracensi, nec non Collegio PP. Societatis JESU exceptis) annuatim suæ Celsitudini, sive Consilio Ejusdem Ecclesiastico reddunt rationes administrationis suorum Conventuum.

Caput X.

An in manifesto gravamine & damno imminente recurri possit ad Episcopum à Regularibus exemptis?

350. *Resp. affirmativè.*

350. Districtè quidem & sub gra
bus pœnis interdictum est Re
gularibus exemptis recursu ad Episco
pos per viam appellationis in causis ve
tentibus inter ipsos & eorundè supe
res : quod si tamen alicui Religioso
quantumvis exempto, in manifesto gr
vamine & imminente damno, proba
liter alio modo provideri non posset,
cus utique fieret Juri naturali pro leg
mo Superiore tunc designanti Episc
pum, tanquam originarium superio
rem, à cujus jurisdictione per acci
tantùm exemptus est : nec timendu
esset de pœnis, quæ de appellatione
non de recursu per modum querel
plo

plerumque saltem, conceptæ sunt; & in casu necessitatis, quo verisimiliter nullum aliud defensionis remedium supereſt, suffocantur à superiore jure naturæ.

DECAS VIII.

De subjectione Regularium habitantium extra monasterium, studentium in Academiis, vagantium, delinquentium, ejectorum, fugitivorum & Apostatarum.

CAPUT I.

Discrimen inter Religiosos simul, & sigillatim habitantes.

351. *De Religionibus militaribus ordinum Teutonici ac Hierosolymitani.*
352. *Reductio privilegiorum his ordinibus concessorum ad terminos S. Con. Tridentini.*

351. QUæ de subjectione Regularium extra monasterium degentium infrà dicenda sunt, de iis solùm intelligi

telligi debent, qui secundùm Regulam simul habitare consueverunt; non item de Religiosis militarium ordinum Teutonici ac Melitensis, quorũ exemptiones cillimè tota corrueret, cùm ferè omnes sigillatim extra monasterium commorentur: unico duntaxat casu notorii delicti excepto, super quo si à superioribus per Episcopum monitis corrigi non fuerint, illico subintrat dispositio S. Tridentini Concilii, vi cujus possunt ab Episcopo, ùt S. Congregatio rebus Regularium præposita sæpiùs declaravit.

352. Ne verò dispendiosa foret libertas nimis amplè ad plures protensa, Gregorius XIII. Constit. *Circumspecta* *omnibus. 25. Novembris* 1580. privilegia militiæ Hierosolymitanæ quoad Capellanos, Vicarios, Procuratores, Colonos, Familiares servientes, cæteraque personas militibus quomodocumque addictas, reduxit ad terminos S. Tridentini, iis duntaxat exceptis, qui

Eccle-

Ecclesiis, aliisq; locis dictorum militum actu serviunt, & intra eorum septa, & domos residunt, ac sub eorum obedientia vivunt: quæ omnia adesse simul concurrere intelligantur: & iis, qui legitimè ac secundum Regulam prædictæ Religionis professionem fecerint, de qua loci ordinario constare debeat. Quanquam & hi etiam tum quoad Ecclesias ipsorum, quibus cura animarum incumbit; tum quoad personas eam exercentes, in rebus ad dictam curam pertinentibus, ordinariorum potestati ac visitationi subjecti sint, ùt B. Pius V. Constit. *Exposcit, 22. Septembris. 1571.* resolvit. Qui plura de Illustrissimo ordine Teutonico scire cupit, consulat Eximium Doct. Venatorem **in seinem historischen Bericht vom Mariamschen Teutschen Ritter-Orden.**

Caput II.

De Regularibus ſtudentibus Univerſitate.

353. *Conſtitutio* FRIDERICI *Imp. de ſcholarium.*

354. *Diſpoſitio S. C. Tridentini de Religioſis ſtudentibus in univerſitate.*

353. AUthen. *Habita. C. Ne fil. pro Patre*, laudatiſſimæ memoriæ FRIDERICUS Imp. in favorem ſcholarium clementiſſimè indulſit, ut ſcholares ob controverſias iis ab aliis motas coram Magiſtro ſuo, vel loci Epiſcopo tantùm conveniantur. Quod cùm hodie pro diverſitate privilegiorum & univerſitatum diverſimodè obtineat: an Regularibus extra conventum in univerſitate quadam publicè ſtudentibus videndum eſt, ſi quando deliquerint, cujusnam judicio ac diſtrictioni ſubjiciantur?

354. Solutio è *ſeſſ. 25. de Regularib. cap.*

sumenda est: *Probibet S. Synodus, ne quis Regularis, sinè sui Superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cujusvis pii operis prætextu, subjiciat se obsequio alicujus Prælati, Principis, vel universitatis, vel communitatis, aut alterius cujuscunque personæ, seu loci, neque ei aliquod privilegium, aut facultas ab aliis super iis obtenta suffragetur. Quod si contrà fecerit, tanquam inobediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat Regularibus à suis conventibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui verò sinè prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit, ab ordinariis locorum tanquam desertor sui Instituti puniatur. Illi autem, qui studiorum causâ ad universitates mittuntur, in Conventibus tantùm habitent, alioquin ab ordinariis contra eos procedetur.*

Caput III.

De Religiosis vagantibus sub diverso prætextu.

355. *Vagantes dicti Sarabaitæ, Scoti &c. in de proventibus Episcopatûs cujusdam Hibernici.*

356. *Regulares sinè scripto superiorum suorum mandato in viis comprehensi, puniendi ordinariis locorum, ùt desertores.*

357. *Discrimen inter forum internum & externum.*

355. MOnachi vagantes ita jam olim toti mundo propudiosi fuerunt, ut peregrino nomine Sarabaitæ Sarabatti dicti fuerint, ne vel in lingua haberent cum viris honoratioribus incolis quicquam commune: quod etiam ad Episcopos vagantes in Concilio Cabillonensi *c.* 43. & aliàs, alia tamen forsan de causa, perductum fuit, ut passim *Scoti* appellarentur voce Latinis ignotâ, vel quòd, Scoticæ gentis adversar, crebris itinerationibus essent [illegible]

sueti, de qua in Archiepiscoporum Bremensium Chronico legitur, *quòd in Concilio Lateranì consecrati fuerint à Papa duo Episcopi Anglici, & duo Scoti: unus solo equo veneratur; alter pedes. Erat ibi etiam Hibernicus, qui Henrico scholastico retulit se non habere alios redditus, praeter tres vaccas Lactantes, quas in defectu lactis parochiani sui per alias innovabant* &c. vel à græco σκότιος, quod significat *vagum, fugitivum, incertum.*

Nunc ad rem nostram: ut periculosa Religiosis evagandi materia sub variis prætextibus subtrahatur, securi ad plausibiliorem, qui est *accessus ad Superiores*, positâ, S. C. Tridentinum saluberrimè statuit cit. *sess. 25. de Regul. c. 4.* Regulares à suis Conventibus, sinè mandato superiorum in scriptis obtento, recedentes, *etiam prætextu ad superiores suos accedendi*, puniendos esse ab ordinariis locorum tanquam Instituti sui desertores.

357. Ubi adverto, cùm *Prætextus* secundùm DD. ad L. *Illicitas*. 6. §. *Illicita*. 3. ff. *de offic. Præsidis*. Sit color alicujus rei, quæ non est, Navarrum, Rodriquez, Coriolanum, Azor, Tamburinum, Dianam, Laurentium de Petrinis &c. asserere, Conciliare Decretum intelligi tantùm de illo, qui superiorem sub prætextu causæ falsæ, & absque gravi necessitate accederet: adeò ut Religiosus ob veritatem illati vel inferendi injusti gravaminis, inconsulto Superiore suo, utpote vix præbituro licentiam sua arma adversùs seipsum, à Conventu suo, animo quærendi, apud altiorem, liberationem à suo gravamine, discedens non incurrat apostasiam. Quod in foro interno extra dubietatem positum est, cùm habeat vim appellationis ipso facto interpositæ. At in exteriore foro, quicunque Religiosus, invito vel inconsulto superiore suo, à Conventu, ob gravamen non publicè notum, vel tali quod verosimiliter non omnem ce-

qua-

querendi viam adimeret, clàm vel palàm discedens, ùt desertor Instituti sui, puniri solet ac debet, cùm Ecclesia non judicet de occultis ; & præstet unum aliquem, licèt materialiter innocentem, duriùs haberi; quàm pluribus scandalis, divagationibus &c. viam laxari.

Caput IV.

De Regularibus delinquentibus extra claustra.

358. *Religiosus exemptus intra claustrum delinquens puniendus à suo superiore*

359. *Quomodo puniendus Religiosus in Claustro degens, qui notoriè extra claustrum deliquit.*

360. *Regularis extra claustrum in delicto comprehensus usque ad captam informationem in Episcopali carcere detineri potest; eâque captâ mox ad superiorem suum debet remitti*

361. *Regulares extra Monasterium & grangias habitantes subsunt Episcopi localis visitationi ac correctioni.*

358. CErtum est, punitionem Regulari-

larium exemptorum intra Conventum suorum claustra delinquentium pertinere ad superiorem Monasterii privativè c. *volentes. 1. de privil.* in 6. quo Ordinarius regulariter se ingerere possit, qui si quod grave facinus intra claustra impunè commissum advertens, optimè faciet, S. Congregationem rebus Regularium præpositam opportune commonendo.

359. At si Religiosus extra claustra deliquerit, quæstio esse potest vel de eo qui degit in Clausto; vel qui extra claustrum moratur: quantum ad I. S. C. Trid. *sess. 25. de Regul. c.* 14. Regularem non subditum Episcopo, qui intra claustra Monasterii degit, & extra ea (etiam Ecclesia propria, reseratis Ecclesiæ portis) ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit: Episcopo instante, à Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum severè puniendum, aut Episcopum de punitione certiorem faciendum: sin minùs, à majore superiore hunc

hanc officio privandum : & delinquentem ab Episcopo puniendum esse decrevit.

360. Poterunt proinde Regulares in delicto deprehensi capi, ac tamdiu detineri in Episcopi Carcere, donec Episcopus ceperit informationes, in casum, quo punitio ob Superioris claustralis defectum ad Ipsum spectaverit, ne, si delinquens absque præhabitis necessariis informationibus ad Conventum remittatur, clandestinis machinationibus delinquentis vel aliorum, informationis possibilitas, destruatur. Dummodo informatio super delicto sinè morà sumatur: in quo sensu declaravit S. Congregatio Concilii in una *Panormitana* 7. *Januarii* 1578. remittendum esse *statim* delinquentem, etiam nemine instante, ad Superiorem suum Regularem: ubi ly *statim*, cùm referatur ad actum executivum, moraliter, non physicè accipi debet. Post habitam informationem si de casibus exceptis non agatur, in quibus

bus ipsemet Episcopus jurisdictionem habet, illico remittendus est ab Episcopo Regularis delinquens, cum copia processûs, ad Superiorem suum per literas, ùt vocant, monitorias seu requisitorias coram duobus testibus præfectandas monendum, ut intra certum terminum ab Episcopo præfixum ad punitionem delinquentis procedat, & de qualitate ac executione sententiæ Episcopum faciat certiorem. Quod si vero localis Superior ipse modo præfato deficerit, suadet Joannes Baptista Citadinus, statim scribendum esse Provinciali, narrando ei factum, & eum requirendo, ut significet, cui velit consignationem fieri: Reo interim, nomine P. Provincialis, in Episcopali carcere detento; at si P. Praincialis sit præsens, captis citra moram informationibus necessariis, remissionem illius statim esse faciendam: cùm hæc enim faciendæ sit ad Superiorem, qui respectu loca-lis est Superior Provincialis, ad hæc utique

atque recurrendum est, ne Reus in incertum dimissus pœnam omnem decliner,

361. Quantum ad II. cùm verba S.C. Tridentini *cit. sess. 25. de Regul. c. 14* de Regularibus extra monasteria sinè licentia superiorum suorum repertis concepta sint: bene notandum est, Regulares extra monasterium & grangias seu loca Monasteriis annexa de superiorum suorum licentia materialiter & quoad habitationē degentes, si deliquerint per S.C. Trid. *sess. 6. de refor. c. 3.* ab Ordinario loci secundùm Canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi posse, ita ut fictio Juris, per quam in monasterio remanere censentur, ad aliud non proficiat, quàm ad Jurium participationem &c. quamvis etiam locus, in quo Regularis degit, ad erectionem monasterii destinatus sit: nisi plures ibidem simul sub Superiore Conventualiter vivant juxta institutum Regulæ illius Religionis,

nis, ùt S. Congregatio apud Gallemantium ad *cit. ses.* 6. resolvit.

CAPUT V.

Novitius post delictum ingressus Religionem, an ab Episcopo sit puniendus?

362. *Constitutiones Sixti V. de delictis Novitiorum ante Religionis ingressum commissis.*

363. *Novitius post accusationem vel inquisitionem contra se susceptam ingressus Religionem manet sub priore foro.*

362. NOvitii, ùt omnibus notum est, non tantùm Canonis ac fori, sed Religiosorum quoque privilegia gaudent, adeò ut, quod de Religiosis exemptis dispositum est, ad ipsos etiam Novitios, quantum ad privilegia, protendatur. Dubium esse potest de delictis ante Religionis ingressum commissis, stante potissimùm Sixti V. constitutione *Cùm de omnibus*. irritante receptiones, & professiones criminosorum, debi-

debitorum, & publicis latrociniis obnoxiorum; & dante facultatem quibuscunque Judicibus, Curiis etiam sæcularibus, si nimirum in sæculo tantùm laici fuerint, contra eos tam criminaliter, quàm civiliter procedendi: quod tamen in subsecuta Constit. *Ad Romanam spectat*, tunc solùm obtinere declaravit, cùm actis publicis constiterit, ipsos Judices & Curiam sæcularem, ante susceptionem habitûs de ipso crimine adversùs eos accusationem susscepisse, vel inquisitionem instituisse.

363. Quæ constitutio cùm per Clementis VIII. Constit: *In suprema*, abrogata sit tantùm, quatenus impediebat validam professionem, adhuc dicendum est, Novitium post accusationem vel inquisitionem contra se susceptam ingressum Religionem, manere sub priore foro c. *pen.* ✠. *de foro competen.* L. *fin.* ff. *de remilit.* ita tamen ut puniri tantùm possit in pecunia & bonis secundùm ea, quæ tradunt Covarruvias & alii DD. de cri-

criminoso in fraudem sui Judicis ad Clericatum evecto. At si ante ingressum nec accusatus, nec inquisitio adversus illum suscepta fuerit, gaudet privilegio fori Regularis, nisi ante professionem & pœnam discedat.

Caput VI.

De Ejectis.

364. *Ejectiones particularium Religiosorum quandoque utiles ac necessariæ bono communi.*

365. *Constitutio Gregorii IX. de requirendis annuatim fugitivis & ejectis.*

366. *Verè incorrigibiles tantùm post incarcerationem annuam ejici possunt; & post ejectionem subsunt Episcopo loci.*

367. *Memorabilia quædam circa Religiosorum ejectionem.*

368. *In quo consistat incorrigibilitas; & quæ agendum Expulso post ejectionem.*

364. Ejectio Religiosi è Monasterio pœna tam gravis est, ut S. Isidorus ipsemet dubitet, an etiam contra hominem voragini vitiorum immersum,

sum, ad eam procedi conveniat, *ne fortè, qui per diuturnam pœnitudinem emendari poterat, dum projicitur, ore diaboli devoretur.* Quia tamen bonum commune Religionis præferendum est particulari, occurrente alterutrius amittendi periculo, morbidum membrum primi Cœnobitæ rescindendum existimârunt, ad evitandam totius Corporis infectionem, adeò ut ipsosmet professos, quoties illis videbatur expedire, olim non rarò dimiserint.

365. Cùm autem nonnulli Religiosorum Antistites curam talium ejectorum omnino deponerent, eosque ad Monasterium reducere negligerent: ne sanguis eorum de Prælatorum manibus aliquando requirendus esset, utque securiores essent, si fortè per injuriam aut indiscretionem aliquos ejecissent, Gregorius IX. c. *fin.* ✠, *de Regular.* statuit, ut Abbates, Priores, aliive Superiores, Religionis suæ fugitivos, & ejectos obedire paratos sollicitè requirerent, & monaste-

nasteriis in locis competentibus man
ciparent; aut si absque gravi scandal
fieri non posset, in aliis Religiosis lo
mibus ejusdem ordinis, ad agendam
pœnitentiam talibus vitæ necess
ministrarent. Cujus Constitutio cu
nonnihil obliterari cepisset; acplex
que Religiones, ob nimiam expedi
facilitatem ferè ad modum agendi Je
tarum id ex peculiari statuto usq; ad
timam professionem habentium re
ctæ fuissent: Urbanus VIII. 21. Septem
bris 1624. de Religiosis Apostatis be
jectis Decretum edidit, quo, innova
Gregorii IX Constitutione, declara
eam in his quoque vindicare sibi locu
qui justè, definitivè, ac servato Juris o
dine expulsi fuerunt: dummodo tam
in expulsis hujusmodi subsit spes
dens emendationis, ex litteris fidei
testimonialibus Ordinarii, cujus e
scientiam in his litteris concedendi
Congregatio seriò oneravit.

366. Ad cujus rei seriem luculentio
per-

perſpiciendam: notandum eſt, poſt auditos ſæpiùs à S. Congregatione Concilii Religioſorum Superiores, mediante perſonâ Procuratoris generalis Barnabitarum, cui munus tractandi hoc negotium ab aliarum Religionum Procuratoribus injunctum fuerat; communicatoque conſilio cum fel. record. Urbano VIII. de voluntate ejusdem Decreta *de Regularibus Apoſtatis & Ejectis*, edita, & inter cætera ſtatutum faiſſe, ut in poſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus ejici poſſit, niſi ſit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Juris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte ſtatutis, & conſtitutionibus cujuſque Religionis ac ordinis, etiam à ſede Apoſtolica approbatis & confirmatis: verùm etiam unius anni ſpatio in jejunio & pœnitentia probetur in carceribus. Elapſo autem anno ſi nihilominùs non reſipuerit, ſed ani-

animo indurato in pervicacia sua perse-
veraverit, ne contagione pestiferâ pe-
rimos perdat, tanquam pecus morbi-
ac putre membrum ejici tandem pos-
sed ab ipsomet Generali tantùm de
silio & assensu sex Patrum ex gravio-
bus Religionis eligendis in singulis C-
pitulis vel Congregationibus genera-
bus; tumque non nisi instructo sec-
dùm eorum stylum & constitutio-
Processu, ac plenè probatis causis
pulsionis ad SS. Canonum præscript-
Sic verò ejecti, quamdiu non recie-
ad religionem, in habitu Clericali
cedant, atque ordinarii loci jurisdict-
ni & obedientiæ subsint; proind-
Generalis illico sententiam exp-
sionis eidem Ordinario notificare
neatur.

367. Cæterùm eadem S. Congre-
tio *Superiores* Religiosorum
monuit, ut memores Paternæ Cha-
tis & mansuetudinis, quam profite-
nihil intentatum relinquant, ut lucre-

animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum atque extremum expulsionis remedium experiantur. Prætereaque statuit, ut iidem superiores nemini ex Religiosis expulsis litteras testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem. Item ut ejecti extra Religionem degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublatâ Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi. Ac postremò censuit, innovandam esse Gregorii IX. Constitutionem suprà n. 365 relatam.

368. Ad incorrigibilitatem, ob quam Regularis è Religione ejici valeat, plura requiruntur. 1. ut delictum sit frequens & grave. 2. ut delinquens sit convictus aut confessus. 3. quòd propter illud delictum ter saltem commissum ter pœnam subierit. 4. quòd post incarcerationem integri anni, eo finito in

contumacia perseverârit. His ita fac-
tibus incorrigibilitas per sententiam de-
claranda, & processus compilandus,
ex quo constet de incorrigibilitate: qua
verò postquàm ad Expulsionis actum
processum fuerit, Regularis ejectus de-
sinit esse membrum Religionis quo
modum vivendi claustralem; statimque
præsentare se debet Episcopo loci, de
psum in Superiorem recognoscere,
deò ut non modo sinè Ejusdem licen-
è Diœcesi migrare non possit; sed sub
jusdem potestate & directione, rema-
nente votorum substantialium vinculo
se emendare, ac receptione ad Religi-
nem dignum reddere debeat, ut acce-
ab ordinario attestatione fundante spe
evidentem sinceræ conversionis, ad-
sionem suam ad monasterium, etiam
à Prælatis non requisitus,
procuret.

Cum

Caput VII.

Utrùm etiam Religiosæ ejici possint ob incorrigibilitatem?

369. *Resolutio Negativa.*

369. Quæ de incorrigibilibus è religione virorum ejectis fusiùs dicta sunt: ea cum proportione etiam in monialibus declaratis incorrigibilibus locũ habent de rigore Juris communis, ita tamen, ut ob fragilitatem sexûs, & formidandum in sæculo perversitatis augmentum, omnibus rite perpensis, requirenda sit expressa facultas S. Pontificis juxta declarationem S. Congregationis Regularium 27. *Maji* 1603. apud Gavantum in manuali relatam, vix unquam obtinenda, nec practicanda sinè scandalo populi, castitatis periculo, gravique Consanguineorũ offensa, præterquam quòdcum communibono monialium pugnare videatur. Ac proinde

mulieres ejusmodi incorrigibiles ma-
cipabuntur potiùs monasterii cuncti-
bus; siq́ue fugitivæ aut expulsæ re-
centur, judicio Episcopi inter Conven-
tas, seu Religiosas pœnitentes, ubi ta-
um habitatio est, collocentur.

CAPUT VIII.

De fugitivis.

370. *Definitio, & triplex causa fugitivorum.*

371. *In foro externo modicum est discrimen inter Apostatas & fugitivos: ubi de Religiosis quæstuantibus.*

370. FUgitivi à Religione dicuntur qui sinè licentia Superioris loco sui Conventûs ad tempus, animo revertendi discedunt arg. L. *Quid sit fugitivus*, 17. ff. *de ædil. Edicto*. & hoc plerumque triplici de causa, ùt observat P. Donatus: nam aut à Prælato miserum fugiunt ad majorem ob gravamen injustum; aut vano prætextu, id est, ob frivolas

volas causas; aut ut omni superioritati Religiosæ se subducant: qua in re discretione Judicis opus est, ut ad remedia delicto proportionata descendat.

371. Cùm autem Fugitivi & Apostatæ differant solâ intentione, quæ sub Judicis sensum directè non cadit, ut in externo foro proinde modicum vel nullum utrorumque pœnæ discrimen sit: ideò, habitu licèt retento, excommunicationem, ob defectum licentiæ; & alias pœnas à Regula vel Constitutionibus à S. Sede probatis sancitas incurrunt; & ubicunque sinè scripta Superioris licentia reperti fuerint, ab ordinariis locorum in vincula detruduntur: quod etiam in Religiosis sinè licentia ab ipsomet Ordinario, vel Ejusdem Vicario in spiritualibus generali subscripta quæstuantibus, graves ob causas, receptum esse, ita ut incarcerari ab Episcopis possint, testantur Gei[illegible]sis *in praxi Archiepiscopali*, Co[illegible]ier *de jurisd. ordin. in exemp.* Barbosa *de off. Episc.* &c.

CAPUT

Caput IX.
De Apostatis.

372. *Ratio formalis Apostasiæ à Religione.*
373. *Modus procedendi adversùs Apostatas.*

372. Ratio formalis Apostasiæ à Religione consistit in discessu illa, cum animo non ampliùs eò redeundi: parumque refert, an habitus monachum non facit, & de accidentibus est, retentus, vel dimissus fuerit, nisi quòd abjectio habitûs præsumptionem animi non redeundi adaugeat, & inhabilitatem ad obtinenda quæcumque beneficia inducat.

373. Pro Apostatis nullæ stabiliuntur certæ pœnæ in Jure communi; inde standum est Constitutionibus cujuslibet Religionis. Episcopus autem loci statim, ac talem detexerit, eum carcerem conjici faciet, & configuabit Superioribus Regularibus secundum statuta ordinis puniendum; qui simili-

talem latere vel morari cognoverint, perquirere, & ad Religionem reducere tenentur, invocato ad eum capiendum ac deducendum (si opus fuerit) etiam brachio sæculari, quod omnino succurrere debet. *c. Administratores.* 26. XXIII q. 5. ita ut nemo talem fovere, vel abscondere valeat, nisi animo tantùm eum ad frugem meliorem reducendi. Sicque Celsitudo sua non dudum Romæ, detectâ Procuratori Generali Congregationis Cassinensis malitiâ cujusdam gyrovagi impostoris, eundem carceribus mancipari publicè fecit: qui cùm ex Urbe clàm dilapsus in Germania rursum morari dicatur, & à Cassinensi Congregatione, juxta dicti P. Procuratoris assertum, præcisus sit, Abbatibus disciplinæ & Regulæ S. Benedicti amantibus convenit, ut hac in parte munus suum observent.

Caput X.

De reductione & Castigatione Apostatarum.

374. *Apostatæ cum paterna sollicitudine sunt reducendi.*

375. *Differenter tractandi sunt, qui sponte redeunt, & qui reducuntur inviti.*

376. *Carceres non sint nimis squalidi.*

377. *à Religiosis non est adversùs suos exercendum indirectè judicium Sanguinis.*

374. PLena solatii sunt verba S. Basilii *epistola* 1. ad Monachum lapsum: *si qua tibi salutis spes superest; si qua brevis memoria erga DEUM; si quod desiderium futurorum bonorum, si quis timor pœnarum; respice, & ne cuncteris venire. Ego enim susceptum mortuum meum deplorabo, ego curabo, ego amare flebo. Omnes te excipient, omnes tibi condolebunt: ne diffidas; sis memor dierum antiquorum, est salus; est correctio: confide, ne desperes; ne cuncteris; ac tui ipsius & omnium nostrûm miserere.* Ubi

ne quis miretur tantam S. Basilii sollicitudinem, sciendum est, Prælatos ex Jure Divino teneri diligenter invigilare suorum saluti, atque juxta Christi exemplum, oves perditas in propriis etiam humeris ad caulam referre.

375. Justinianus Imperator quidem *Nov.* 6. Religionis Apostatas Præsidis provinciæ Cohorti primùm addixerat: tum verò *Nov.* 123. eos in monasterium priùs revocari voluit, post alterum duntaxat lapsum, cohortalibus adscribendos. At Leo *Nov.* 8. expedire censuit, ut tales perquirerentur, & in cœnobia detruderentur: quod etiam de Jure Canonico obtinet, factâ tamen distinctione inter eos, qui sponte redeunt; & alios per vim ad vitam Regularem retractos arg. L. *Non omnes. §. prin.* ff. *de re milit.* de primis gl. in *c. ànobis* 5. V. *Respiscant.* ✠. *de Apostatis.* legimus, Apostatas humiliter ad Religionem recipi petentes, leniter excipiendos esse, utpote quorum pravâ voluntate correctâ,

pœna tantùm ad exemplum aliorum proficiat; non ad emendationem peccantis: ubi sinè laude prætermittenda non est Paterna Clementis X. lenitas qui tempore Jubilei A. C. 1675. promissâ impunitate omnimodâ, tutum ac liberrimum ad desertas Religiones suas quibuslibet Apostatis aditum fecit. De secundis, Patronum denuo habemus eundem S. Basilium *epist.* 413. laudantem in S. Gregorio, quòd hic, cùm aliter non potuisset, per vim ceperit Glycerium Apostatam monachum unà cum adhærentibus ei monialibus malè consultis. Utriusq; punitionis exemplum sub Celsitudinis suæ regimine accidit in una & eadem persona, quæ sicut à primo & spontaneo ad Nos reditu lenitatem plusquàm Paternam experta fuerat; ita deinde iteratò retracta à fuga, pharmacum aliquantò amarius sumere debuit, tale tamen quod reparare vires animæ potuit, non ad desperationem adducere.

376.

376. Quamvis enim hi ob impœnitentiam, vel reluctationem, duriùs nonnihil juxta particulares singulorum ordinum constitutiones tractandi sint, maximè si etiam à fide recesserint: malè tamen faciunt Superiores Regulares, homicidiique reatum non evadunt, si illos compingant in tam squalidos carceres, ut verisimiliter diu protrahere vitam non possint. Certè si monasteria ipsa, testibus Capitularibus ac Pœnitentiali Romano, olim delinquentium & degradatorum carceres; aut saltem carceribus, publicarumque pœnitentiarum rigori æquata fuêre: adeò ut publicè pœnitentes non raro sacco benedicto à sacerdote induti pœnitentiam in Claustris cum vita finiverint: qua de re videri potest antiqua Hispanorum forma A. C. 540. in Concilio Barcinonensi præscripta. At quis, obsecro, ultra tantos rigores, ac pœnas sigillatim præfixas, in carceribus lenitatem exulare, nisi ab o-

mni humanitate penitus exul, pœ
piat? cùm minor sit pœna statim mor
quàm diu sinè spe salutis affligi.

377. Non nego, Apostatas, in
ad monasterium reductos, segregan
esse ab aliorum commercio, quam
vel perversionis periculum, vel cu
nondum expiatæ gravitas militat,
cæteros pravâ societate, vel exemplo
perditionis inficiant: at non ita in
locandi sunt, ut viâ indirectâ adver
illos exerceatur judicium sanguinis:
que secundùm illud *Isaiæ*. 30. *v.* 20. pa
arcto, & aquâ brevi, sive pane dolor
& aquâ angustiæ sustentandi putem
pro enormi gravitate delicti, ùt Clem
III. c. *Novimus*. 27. *in fin.* X. *de V.S.* lo
quitur: sustentandi sunt tamen; non
necandi, ut à præsumptionis suæ nequi
tia resipiscentes, *commissa defleant,*
& flenda ulteriùs non com-
mittant.

DEC

DECAS IX.

De Regularibus non-exemptis, Eremitis, servis Regularium, Confraternitatibus, & Immunitate Locali.

CAPUT I.

De Religiosis Episcoporum jurisdictioni hodiedum plenè subjectis.

378. *Primævus Monachorum status.*

379. *Regula generalis, & varia argumenta, quòd olim Monachi fuerint Episcopis plenè subjecti.*

380. *Gradus mutationis Instituti Regularis: ubi de occasione coloris nigri in habitum Clericalem invecti; & de primis Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ S. Iacobi Majoris Bambergæ.*

381. *Reductio Monasteriorum sub unum Caput Regulare periculosa juribus Episcoporum: ubi de Instituto Clericorum in communeviventium.*

382. *Religiosorum veteres Regulæ à singulorum.*

rum locorum Episcopis sigillatim approbatæ.

383. *In Germania hodiedum plura Monasteria subduntur Episcopis. Cautela pro Episcopis in futurum; & de præteritorum temporum miseria.*

378. MOnachi olim medii erant inter Clerum & populum, dicebanturque *Pœnitentes Spontanei, Ascetæ, Spudæi, Evnuchi voluntarii, Conversi, Therapevtæ, Continentes, Laici sublimioris propositi* &c. unde & in Ecclesiis, dum Sacramentorum causâ conveniebant simul cum Populo, speciali statione ab hoc distincti fuêre. Imò, quod de Monachis olim publicè benedictis legitur, de benedictione laica non de Clericali intelligendum esse, discimus ex ipsa praxi Ecclesiæ quæ monachos quantumcunque professos, aspirantes ad ordines sacros, primùm ad Clericalem statum per primæ tonsuræ collationem assumit, hodieque postquàm indiscriminatim ad Clerum admissi sunt, non patitur, ut in habitu Clericali

ricali officium Divinum in choro decantent.

379. Quòd insuper universim jurisdictioni ac potestati Episcoporum Diœcesanorum subjecti fuerint, præter Regulam generalem & plures expressos canones, alia multa demonstrant. Nam Episcopi præficiebant Abbates monasteriis, & illos ex causa deponebant c. *Si quis Abbas*. 15. XVIII. q. 2. recipiebant novitios, & eos admittebant ad professionem c. *Viduitatis*. 35. XXVII. q. 1. Monachorum providentiam gerebant, & si quid correctione dignum repererant, corrigere festinabant *Concil. Augustan.* sub S. Udalrico c. 6. approbabant Regulas, & visitabant monasteria *Conc. Nicæn.* c. 54. Iis adjudicabatur, quicquid Abbas sinè Episcopi facultate vendiderat *Conc. Epaunen.* c. 8.

380. Paulatim tamen, sub prætextibus diversis, obtinuerunt (1) ut Clericus de parochia vel Ecclesia Cathedrali deputaretur, qui in Monachorum oratoriis

toriis sacrificium Divinum perageret, illisque Sacramenta ministraret dictus κληρικὸς μοναστηρίου in Concilio Chalcedonensi *can.* 8. (2.) ut ad promovendum Clericale obsequium, in ordinariorum ministrorum defectu, unus ex monachis eâ lege admitteretur ad statum Clericalem, ut, eo obtento, tanquam certæ cuidam Ecclesiæ, juxta veterem morem, adscriptus, monasterium extemplò relinqueret, *c. si quis Monachus. 28. c. In parochia. 31. c. Nullus cujuslibet. 37.* XVI. q. 1. (3.) ut per eum ex suis, dictum *Missalem*, peragerentur Divina mysteria *Concil. Anglican.* sub Edgaro Rege *can.* 46. (4.) ut abbino suæ Religioni obstricto sacramenta perciperent; pœnitentias imponerent, & campanas haberent: cùm priùs ea tantùm in Ecclesiis Cathedralibus ac parochialibus fuerint, unde & Presbyteri postfunem Campanæ investiebantur; nostroque etiamnum tempore Episcopi Herbipolenses, post lui Electionem ad

sona-

sonandum æs campanum ducuntur. (5.) ut universim, Authoribus S Athanasio in Ecclesia Orientali, & in Occidentali S. Evsebio Vercellensi Episcopo, conjungerent Clericatum cum Monachatu, à quo etiam color pullus ad Clerum invectus fuit, teste Card. Baronio ad A.C. 393. dum multi Clerici Cathedrales susceperunt vitam monasticam; vel à monachis ad Episcopatus assumptis ad deferendas vestes nigras, vitamque Religiosam compulsi fuerunt. Quanquam illa vitæ præter aut contra canones mutatio non semper ad votum successerit, prout de Hermanno Bambergensi Episcopo legimus, qui cùm omnes clericos è Diœcesi sua exigere volens, à Clericis insignis Ecclesiæ S. Jacobi non dudum à se constructæ fecisset initium, collatis cum Egberto Præsule Regulari consiliis: Clerici hoc ægrè ferentes, maximè cùm scientiâ, moribus, conversationisque Canonicæ disciplinis præclarè instructi essent, ita rem suam ege-

egerunt, ut, retento ſtatu Eccleſiaſtico, hodiedum potiantur Eccleſiâ pro ſ fundatâ.

381. Verùm cum his omnibus ſub ſtitit adhuc utcunque Regularis ſubje ctio; nec quicquã ei exitialius fuit, quam reductio totius ordinis per varia loca diffuſi ſub unum Regulare Caput cæ tera quæque membra in Religioſo Spi ritu dirigens, quod inter cætera Celſiſ mum ac Reverendiſſimum Principem Epiſcopum Bambergenſem ac Herbi polenſem Clementiſſimum Dominum meum permovit die 30. Oct. Anno 16 ad inchoatam ab aliquo tempore in complures Clericos Diœceſis Herbi polenſis cum aliis, ſub directione ex verſalis cujusdam præſidis extra Diœce ſim habitantis, nec ullo jurisjuran vinculo Celſitudini ſuæ, aut Herbi lenſi Eccleſiæ obſtricti, in comm viventibus ſociis unionem ſupprima dam, alio generali vivendi modo p Clericis priùs ſtabilito die 21. Oct. 16

ne Clerus Celsitudini suæ commissus, impetratâ semel vitæ suæ communis Apostolicâ confirmatione, Episcopis Herbipolensibus à gubernatione sui (prout jam machinari ceperat) sub nomine privatæ directionis œconomicæ, prorsus exclusis, paulatim dependenter à Supremo Præside suo introduceret formam Regiminis generalis.

¶ 382. Certè, si primas Religiosorum veterum Regulas legimus, eæ, vel consistebant in Evangelio, actibus Apostolicis, & Conciliorum Decretis; vel in talibus, quæ uni duntaxat cœnobio normam vivendi præscripserant, ita tamen ut, si idem institutum propagandum esset, Regula quidem acciperetur plerumque ab altero, cum approbatione localis Episcopi, quin hic tamen sequi teneretur Episcopi alterius Diœcesis judicium, si quid immutandum, ac moribus suæ Diœcesis accommodandum putaret: quod cum prædictis Communistis, ubi adhuc degunt, ab Episcopis ob-

obſervari deberet, extra-Diœceſanâ dependentiâ ſeu Communitate ſublatâ; quo caſu non modicus ex ea vivendi ratione fructus eſſet in Clero ſperandus, ſi tamen etiam Epiſcopi continuò manus ſuum exequantur.

385. Tametſi verò pleræque Religioſorum, etiam antiquiſſimorum, Regulæ nunc à S. Sede probatæ; nec amplius arbitrariæ localium Epiſcoporum attemperationi ſubjectæ ſint, ex quo in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. relato c. *fin.* ✠. *de Relig. domib.* & in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. relato c. *un. eod. t. in 6.* ſtatutum fuit, ne novus Ordo Religioſus introduci, vel habitus regularis in eo aſſumi poſſet, niſi obtentâ ejusdem Ordinis Apoſtolicâ approbatione: aliqui tamen ordines ſic in Germania reguntur etiamnum ſingulariter ac independenter ab aliis ſub authoritate & jurisdictione ſuprema ſingulorum Epiſcoporum localium, [illegible] Rota *deciſ.* 24. *p.* 9. *Rec.* fatetur, &

xis ad nos usque perducta, specialissimeque Abbatis & Conventûs Montis S. Michaëlis Ord. S. Benedicti (ut de aliis sileã) contestatio Celsitudini suæ per Instrumentum publicum Anno 1675. facta, ostendit: aut sicubi, consentientibus vel connivecntibus Ordinariis, gubernari ceperunt sociativo quodam jure universitatis, seu Corporis Politici, sub Antistite supremo, & superioribus per provincias ac singula loca distinctis, praxis ibidem commonstrat, ejusmodi coadunationem (salvâ contrariâ præscriptione) non plùs ultrà pertingere, quàm ad disciplinam & observantiam Regularem. Qua in re tamen cautos esse velim deinceps Episcopos in novis ejusmodi coadunationibus seu aggregationibus indulgendis; & saltem Prædecessorum suorum periculis sapere, quantorum motuum ac præjudiciorum causa quondam fuerit, quòd A. C. 659. Monasterio S. Dionysii à Landerico Episcopo Parisiensi; Cœnobio Cor-

Corbejæ circa A. C. 664. à Bertefrido Episcopo Ambionensi ; Floriacensi Conventui circa A. C. 859. à Rudolpho Bituricensi Archiepiscopo, & Coepiscopis, plerumque ad instantiam Regum, certæ immunitates ab Episcopali Jure concessæ fuerint. Quæ quidem eo tempore contigisse non miror, quo per invasionem Caroli Martelli aliorumque profanorum Principum, Episcopatus pro arbitrio, subinde etiam laicis, distributi ; SS. Canonum inscitia passim inducta ; imò & circa Rheni limites infandæ superstitiones ac idololatria obortæ fuerunt, ad quas extirpandas S. Bonifacius à Gregorio II. circa A. C. 719. tanquam Sedis Romanæ Legatus in Germaniam missus fuit, ùt patet ex ipsius S. Bonifacii verbis ad Wilibrordum Episcopum Trajectensem conscriptis : *B. Gregorio Papa in Germaniam ob evangelizandi causam directus sum, ejusque legationis gratiâ in has barbaras nationes adveniens &c.*

CAPUT

Caput II.

De partibus Episcoporum in talium, & Regularium etiam exemptorum, visitatione.

384. *Præmittenda visitationi.*
385. *Accessus Episcopi vel Ejus Commissariorum ad visitandum.*
386. *Actus Visitationis.*
387. *Ea, quæ à visitandis paranda sunt, ut visitatio utiliùs & maturiùs peragatur.*
388. *Suadetur Episcopis, ut quandoque personaliter visitent.*
389. *Tempus Visitationis.*
390. *Duo genera Decretorum post visitationem.*
391. *Decreta quædam verbaliter; alia in scriptis facienda, semperq; consulendum authoritati superiorum, nisi delicti gravitas, aut notoreitas aliud requirat.*
392. *Regulares exempti Visitari possunt ab Episcopo circa curam & administrationem Sacramentalem actualem necessariam respectu Cleri & Populi sæcularis.*
393. *Quid de voluntaria Sacramentorum administratione?*

394.

394. *Specialiter observanda in Visitatione Conventum Religiosarum.*
395. *De libro Visitationis.*
396. *Discessus à Visitatione.*

384. EPiscopalis officii ratio, sacro-
rumque Canonum authorita-
jubet, ut annuatim, aut quoties spi-
tualis Monasteriorum Episcopis subje-
ctorum necessitas exigit, debita cum d
ligentia saluberrimum visitationis exa
nicæ munus exerceatur, tum ut Reg
laris disciplinæ vigor permaneat, tu
ut, sicubi renovatione indigeat, qu
tum in Domino fieri poterit, Episcop
authoritate ac sollitudine reparet
maximè verò si quod dissidiorum ac
simultatum periculum præsto sit. Q
bus casibus, aliquot ante visitatio
diebus Regulares visitandos præmo
convenit, ut fervidis ad Deum pr
bus, castigationibus voluntariis, &
catorum expiationibus bonitatem
vinam implorent, quatenus visitat
us

instituendæ progressum in viam salutis dirigere dignetur: tum verò, cùm plurima sint, de quibus in eadem tractandum erit, omnes ac singuli accuratè considerent, quænam potissimùm sive ad fovendum pietatis Religiosæ studium, sive ad conservandam charitatem fraternam, sive ad eradicandum quodcunque malum, sive ad procurandum bonorum omnium incrementum, manu & curâ Episcopali egere putaverint, quò ab Episcopo vel Ejus Commissariis interrogandi, singula in promptu habeant, nec facilè quicquam omittant.

385. Indictâ die Visitationis, Ecclesia in primis ornabitur, sicut in solemnioribus festis, præmisso pridiè, post salutationem Angelicam, omnium Campanarum pulsu: ipsâ verò die, horâ congruâ, Conventus visitandus, in atrio Ecclesiæ adventum Episcopi vel Ejus Commissariorum expectat cum cruce, ut eos processionaliter ad Ecclesiam ipsam deducat; & ante ingressum, præcento

Hymno *Veni creator spiritus*, si Episco-
pus ipsemet venerit, incipit & prosequi-
tur Antiphonam *ton:2. Sacerdos &*
Pontifex &c. vel Responsorium *ton.*
Ecce Sacerdos Magnus &c. ùt in Pon-
tificali, Tit. *Ordo ad recipiendum pro-*
cessionaliter Prælatum, vel Legatum.
verò Commissarii Episcopales exci-
endi sint, cantat Antiphonam *ton.*
estis cives sanctorum &c. & à Præla-
Ecclesiæ, vel primo de Conventu pe-
rigitur Episcopo, aut primo ex Com-
missariis aspersorium cum aqua bene-
cta, quod Episcopus, aut Commissa-
us accipiens, primò seipsum, deinde
lios aspergit; cantatoque à Prælato E-
clesiæ, vel Majore de conventu ve-
Protector noster aspice &c. cum sequ-
tibus; aut si sint Commissarii tantum
omisso versu præcedente *salvos fa-*
&c. post *Dominus vobiscum*, Episcopo
vel Commissariis ante Altare flecten-
bus, dicitur oratio: *Deus humilium Vi-*
sitator &c. ùt in Pontificali.

386. Deinde ſedens Epiſcopus, vel primus Commiſſarius vultu ad viſitandos converſo, brevi ſermone proponit adventus ſui cauſas, quia SS. Canones, & Eccleſiaſticus ordo hoc propter multa fieri præcipiunt. 1. ad abſolvendas animas defunctorum 2. deinde ut ſciat ac videat, qualiter Conventus ipſe ſpiritualiter & temporaliter gubernetur; quomodo ſe habeat Eccleſia in ornamentis; quanto cum nitore & cultu Divina officia peragantur; qualis ſit vita ſingulorum; quantum ſtudium Regularis diſciplinæ &c. ut ex officio inquiſitionis ſuæ per Epiſcopum, ſi quæ in præmiſſis corrigenda fuerint, corrigantur & emendentur. 3. ſi qua in re ſinguli ſe gravatos exiſtiment, ut cum fiducia filiali pro adjumento recurrant. Quibus expletis, fit generalis abſolutio mortuorum juxta ritum in Pontificali præſcriptum; ac tandem cum deſignatis officialibus inchoatur viſitatio à ſanctiſſima Euchariſtia; tum ad ſancta Olea, ſacras

Reliquias, Altaria, Capellas, & Sanc
imagines; item ad sacristiam, & cæte
terium proceditur: posteà ad ipsum
Conventum, in quo locus Capit
Dormitorium, cellæ, Infirmaria, B
bliotheca, & cætera perlustrantur. D
inde audiuntur singulorum querela
quæ sunt, & de rebus scitu neces
quoad conversationem, disciplinam
temporis distributionem, Religios
occupationes &c. diligenter de pu
inquiritur; & quoniam ad priorum
sitationum Decreta semper reflecte
dum est, de illis speciatim quæritur,
fuerint executioni mandata.

387. Ut autem omnia maturius
celerius peragamur, parari expedi
in locis debitis poterunt sacra supe
cum inventario; libri ad usum Eccl
destinati; Index SS. Reliquiarum
suis testificationibus; documenta
dulgentiarum vel Altaris privile
Inventarium Jurium, privilegiorum
onerum, bonorum stabilium, red

um, Decimarum, oblationum &c. Index oratoriorum, capellarum, beneficiorum conventui incorporatorum, vel obnoxiorum juri patronatûs Monasterii; designatio omnium personarum tam Regularium, quàm sæcularium Conventui servientium, specificatio missarum receptarum, Legatorum &c. & an & quomodo iisdem satisfieri soleat; Index bonorum fortassis à laicis usurpatorum &c.

388. Solers Episcopus optimè faciet, si propriis quandoque oculis Regularium sibi concreditorum Ecclesiam, Conventum, vitam, ac mores, exemplo S. OTTONIS Episcopi Bambergensis & Apostoli Pomeranorum, lustraverit; propriisque auribus singulorum lamenta & gravamina, vel pia consilia sincerè exceperit, ut ex visa Episcopi facie solatium hauriant; remotisque testibus, majore cum fiducia Episcopo ea proponant, quæ fortè non adeò candidè re-

ferrentur ab aliis, aut alterarentur, a
palliarentur.

389. Quoad tempus Visitationis, p
prà jam dictum est, eam annuatim, q
quoties necessarium visum fuerit, ini
tuendam esse, ut conservetur recen
memoria statûs rerum, deprehend
usus maturè tollantur, & non sinan
renasci.

390. Si Visitationem Episcopus p
peregerit, statim quædam decernet,
in actu Visitationis exequetur; alia re
pro gravitate materiarum, altiori cau
ni reservabit, adhibitis in disquisitio
viris prudentibus sacrorumque C
num bene peritis. Prioris generis
demolitio Altarium, ubi faciendo
Ararum confractio, veteris olei c
bustio; obstructio sepulcrorum in
vetito; rerum aut imaginum pro
rum amotio; Corporalium, pur
riorũ, & indecentium rerum irrep
lium laceratio; inconvenientium
rarum occlusio; Missalium & bre

rum nimis attritorum destructio &c. quæ tamen omnia Actuarius fideliter annotabit. Secundi generis sunt, quæ vel executioni statim mandari non possunt, vel maturiorem discussionem desiderant; ita tamen, ne Decretorum ad defectuum emendationem conducentium compilatio & publicatio nimium protrahatur.

391. Decretorum aliqua fiunt verbaliter tantùm, maximè in iis, quæ singulorum defectus corrigendos respiciunt, quandoque etiam publicè coram aliis, pro arbitrio Episcopi, ut reliquis timor salutaris incutiatur. Ubi tamen cavendum est, ne diminuatur Superiorum authoritas, nisi delicti gravitas & notoreitas aliud exigat. Cætera fiunt in scriptis, cum obligatione eadem vel affigendi publicè in loco accessibili atque conspicuo; vel in certos quosdam libros sincerè relata aliquoties per annum omnibus publicè prælegendi. Quod autem passim dicitur, appellari non posse à Decretis

cretis Episcopi visitantis, intelligi debe
in materia concernente correctionem
morum, & iis, quæ celerem ac summa
riam provisionem desiderant; non au
tem in aliis rebus currentibus & ordi
nariis tractandis cum solitis termi
modisque legalibus ac judicialibus,
quibus admittitur appellatio post de
nitivam quoad effectum devolutivum
quin tamen executio suspendatur.

392. Quanquam verò Regulares
qui privilegio quodam speciali à visi
tione exempti sint: visitari nihilomin
possunt in iis, in quibus subjiciun
Episcopo, & speciatim quando cura
animarum exercent, aut tanquam con
fessarii de licentia & authoritate Episco
pi Clero & Populo sæculari pœniten
Sacramentum administrant: quæ cu
& administratio cùm vel sit jurisdi
nalis, vel Sacramentalis; hæcque i
in habitualem absque exercitio in Pre
lato vel communitate quapiam resi
tem, & in actualem residentem in
tente

testate eorum, qui habent prædictum exercitium, dividatur: de *sacramentali actuali* potissimùm quæritur, præmissâque ejus in *necessariam*, & *voluntariam ac simplicem* subdivisione, *respondetur*, priorem, hoc est, *necessariam* monastetio incumbentem respectu Cleri vel Populi Episcopo subjecti cum necessitate reciproca inter administrantem & recipientem (cujusmodi functiones sunt Sacramentum Evchariſtiæ tempore Paschatis, & sumptum in infirmitate per modum viatici; Baptismus; extrema unctio; authentizatio Sacramenti Matrimonii &c.) subjacere visitationi Episcopi tam locali, quàm personali, ita ut & in personarum habilitatem, mores, diligentiam &c. inquirere possit; & visitare Altare in quo asservatur Evchariſtia, Baptisterium Armarium sacrorum oleorum, confessionalia, cæmeteria, libros matrimoniorum, baptizatorum &c.

393. De altera specie *voluntaria sa-*

cramentorum administrationis, cujus-
modi sunt Evcharistia extra occasionem
præcepti Paschalis & viatici, nec non
administratio activa Sacramenti Pœni-
tentiæ, quicquid nonnulli putaverint o-
lim de visitatione locali Altaris, in quo
custoditur Sacramentum Evcharistiæ
hodie saltem post declarationes autho-
ritate S. Sedis Apostolicæ editas, visi-
tatio quoad illam restringitur solùm ad
personas administraturas clero vel Po-
pulo sæculari Pœnitentiæ Sacramentum
ut idoneitatis earum sufficientem no-
titiam habeat per examen ante appro-
bationem fieri solitum; easdemque co-
ligare possit ac debeat ad exercitia con-
ferentiarum casuum & Lecturæ Theo-
logiæ moralis, &c. quæ Jurisdictio &
potestas Episcopi in personas & Eccles-
exemptas causativè & indirectè tantùm
exercetur, ratione Populi scil. apud ta-
les Sacramenta & alia Divina recipien-
tis, ita ut Religiosus hujusmodi, quan-
vìs aliàs minimè subditus, occasione

miniſtrationis prædictæ; non ſecùs ac alius ſalariatus ſervus, aut in res alterius adminiſtrandas ſe ingerens, cæteroqui liber, circa concernentia ipſam curam ſeu adminiſtrationem, Epiſcopo tanquam primo Paſtori ovilis, aut principali vineæ cuſtodi ſubjiciatur.

394. Circa *viſitationem Monaſteriorum monialium* duo ſpeciatim monenda occurrunt, I. Viſitatoribus non eſſe licitum eam intra clauſuram peragere; vel ſub alio quocunque prætextu ullatenus ingredi, nisi tantùm in ſuſpicione violatæ Clauſuræ; aut ſi oculari loci cujusdam intra clauſuram conſtituti inſpectione opus ſit; vel cum infirma ad cratis deſcendere non valente agatur. II. ſi ſuperior ordinis jus habeat, easdem etiam ſpecialiter viſitandi, cum debita compatibilitate tum quoad tempus, tum quoad Decreta procedendum eſſe, ne vel obruantur tot examinibus, vel in confuſionem aliquam perducantur.

395. Liber Viſitationis compilandus

ex ejusdem actis, debita cum industria, pulchroque ordine conscribi, & in Archivo Episcopali custodiri debet, tum ut omnino in prioribus visitationibus ordinata recognosci à Visitatoribus possint; tum ad probandam facilius possessionem visitandi; tum ad alios plures insignes effectus: notatis in fine singularum Visitationum localium procurationibus, sive sumptibus in alimentationem Commissariorum, vel ipsius Episcopi factis, ad posterorum admonitionem, & excitationem, ne similibus requirendis excedant, aut totam visitationem, potissimùm ad emolumenta quædam corporalia dirigere videatur.

396. Peractâ demum visitatione illius loci, & omnibus expeditis, cùm Episcopus, aut Commissarii discedere voluerint, accedunt ad Ecclesiam, dicto ante Altare Psalmo *de profundis* cum Antiphona, versibus, & oratione Pontificali assignatis, discedunt.

Cur

Caput III.

An ostia monasteriorum Episcopo Visitanti clausa perfringi possint?

397. *Circumspectio adhibenda ab Episcopo in Visitatione.*

398. *In casu renisûs, perfringere potest portas visitandorum, & alia remedia adhibere per modum justa defensionis.*

399. *Author seditionis illico graviter est puniendus.*

397. Cùm visitatio à malè conscijs evitari pro viribus soleat; aut sub privilegiorum prætextu, variis sæpe modis eludi: maximâ circumspectione in Episcopo vel Ejus Commissarijs opus est, ne subeant periculum amittendi respectum. Unde si cubi foret grave dubium, consulendum esset Episcopo, ut per cuniculos ageret, nec antè visitationem susciperet, quàm de felici suæ intentionis exitu plenissimè esset securus.

398.

398. At in iis casibus, ubi nullum de suo jure dubium probabile vertitur, si quando Episcopo visitare volenti claudantur ostia, ejusque jurisdictio per ca-nisum hujusmodi violetur, haud ambigendum est, quin per modum justæ defensionis ei liceat effringere portas, adhibito etiam, ubi Ipse non sufficiat, nec temporale imperium habeat, auxilio brachii sæcularis; aut per censuras contra rebelles procedere, propter scandalum, si spiritualium armorum usus profuturus putetur. Innocen. in c. *cum venerabilis*. 21. ✠. *de consib.* Abbas in c. *ut in domibus*. 1. *n*. 5. *v*. ad secundum verò. ✠. de *immunit*. Eccl.

399. Quando tamen non speratur aptatus successus, ad reprimendam inobedientium contumaciam recluso illi quomodolibet aditu, principiis statim obstandum est; institutoque diligenti examine, si malum ab uno processu cognoverit graviter in seditionis authorem invehendum est per publi-

pœ-

pœnitentias, carcerationem &c. ut acerbitas pœnæ ad paucos; terror & exemplum ad multos pertingat.

Caput IV.

De electione & confirmatione Abbatum ac Præpositorum.

400. *In electionibus Prælatorum Regularium S. Spiritûs ductus est sequendus.*

401. *Quid sit Electio, & quomodo differat à Postulatione: ubi de Brevibus Apostolicis Eligibilitatis.*

402. *Tria genera Electionum: & I. per inspirationem, vel quasi.*

403. *De electione per compromissum.*

404. *De electione per scrutinium.*

405. *Formæ* Quia propter *servanda in electionibus ad perpetuam Prælaturam in titulum: & quid S. C. Tridentinum adjecisse videatur.*

406. *Electioni non est locus, antequam vacet dignitas: Vbi de Coadjutoriis; differentia electionis & postulationis; nec non de Concordatis Germaniæ.*

407. *Vocandi sunt omnes interesse habentes, saltem qui morantur intra provinciam.*

408.

505. *De Capitulationibus seu compactatis ante Electionem.*
409. *De eligentibus per Procuratorem.*
410. *Præliminaria ipsiusmet actûs electivi.*
411. *Modus eligendi per scrutinium.*
412. *Acceptatio & publicatio electionis.*
413. *De admissione extraneorum ad Electionem: ubi de naturâ decreti irritantis.*
414. *De scrutatoribus extragremialibus.*
415. *De modo eligendi per compromissum.*
416. *De Confirmatione.*

400. RECTÈ monet S. Chrysostomus nihil ita curandum esse in Ecclesia DEI, quàm ut Superiorum & Antistitum electiones viâ Spiritûs S. potiùs, quàm secundùm respectus privatos ac temerè fiant: non quasi, generaliter sublatis speciebus compromissi, & scrutinii, ea tantùm valere debeat, quæ per inspirationem S. Spiritûs fieri dicuntur; sed quòd in omnibus quærenda & ac habenda præ oculis Divina voluntas eò inclinans, ut optimi & aptissimi quique præficiantur. Quod in Religiosis

bus cumprimis obtinet, ubi cùm vel minimus etiam imperfectionis pulvillus integritatis Religiosæ nitori labeculam aspergere valeat, talibus profectò monasteriorũ Rectoribus opus est, quorũ vita prorsus irreprehensibilis sit, & actiones tanta cum sinceritate simul ac discretione jungantur, ut pulcherrimus ille totius Corporis regimini illorum concreti splendor conservetur intactus.

401. Quare cùm hìc de Electione tractandum sit, ejus definitionem præmitto, ac dico, Electionem esse *solemnem evocationẽ personæ idoneæ ad vacantem Ecclesiæ dignitatem*, quæ Jure communi habet administrationem rei Ecclesiasticæ cum jurisdictione. Distinguitur autem *Electio* à *postulatione*, si presè sumatur, quòd illi tantùm eligi possint, quibus nullum obstat Canonicum impedimentum; postulatio verò dirigatur ad Superiorem, ut postulationem personæ canonicum impedimentum habentis gratiosè admittat ac proindè

indè regulam tam exactam non requiri de eo, quod pendet à solo arbitrio Superioris, dummodo sufficienter constet de postulantium voluntate, per duas saltem tertias exprimenda: quod fieri ut quandoque à S. Pontifice, nonnullis Canonicè impeditis, ad removendum ejusmodi obicem *Breve eligibilitatis* concedatur: quale Celsissimus ac Reverendissimus Princeps, Clementissimus Dominus meus Episcopus Bambergensis & Herbipolensis 1675. nihil minus expectans, DEO mirabiliter disponente obtinuit à Clemente X. cùm vacaret sedes Episcopalis Herbipolensis, ad quam etiam per majora die 27. Maii pervenit.

402. Tria sunt electionum genera, per *Inspirationem*, per *Scrutinium*, per *Compromissum*. Electio per *Inspirationem Spiritûs S.* nullam requirit solemnitatem, neque votorum numerationem; sed relinquitur arbitrio Dei, cujus spiritus *Gal. 5. v. 18.* non subjacet

gibus hominum, fieriqúe censetur, quando nullo inter Eligentes habito tractatu, absque contradictione, in loco etiam insolito, unus eligentium dicit: *Ego eligo talem*, & cæteri dicunt similiter; vel omnes unanimiter clamant, *Nos talem elegimus*: quâ ratione S. Martinus, S. Nicolaus, & alii ad Episcopatus assumpti fuerunt; & de S. Ambrosio apud Paulinum *in Ejus vita* legitur, quòd voce infantis proclamatus, ab omnibus unanimiter receptus fuerit. Cui correspondet alter eligendi modus per *quasi inspirationem*, quando subitò ac repentè cum aliquo tamen ordine, scil in loco Capituli, observatâ eligentium serie, absque intervallo, Electores omnes, nullo penitus discrepante, unum aliquem eligunt. Cujusmodi electiones quamvis hodie, peccatis nostris exigentibus, rarò occurrant, & columba Spiritûs S. à Corvo enecata dicatur: constat tamen de Celsissimo ac Reverendissimo Principe, Clementissimo

Do-

Domino meo, quòd die 21. Martii 1672. per quasi inspirationem fuerim ad Ecclesiam Bambergensem assumptus.

403. Electio fit *per Compromissum*, cùm uni vel pluribus idoneis electio committitur, quorum judicio standum est, nisi indignum elegerint: notandique Doctores, si plures compromissarii à Partibus assumendi sint, tutius esse ut fiat impari numero, quò in casu discordiæ major illorum pars electionem concludere possit.

404. Electio *per Scrutinium* fit secretò, votis singulorum diligenter conquisitis, cujus speciales ritus adhibebant quondam solebant in examine Catechumenorum apud S. Augustinum & alios: in electionibus verò secundùm dispositionem Concilii Lateranensis relati c. *Quia propter.* 42. X. *de elect.* pro forma requiritur, ut in Capitulo legitimè congregato eligantur tres Scrutatores de gremio ejusdem Capituli, qui vota singulorum secretè exquirant,

& in

& in scriptis annotent, publicatoque Scrutinio, & factâ collatione, illum statim publicent electum, in quem major & sanior pars Capituli consenserit, uno ex Scrutatoribus vel eo, qui Capitulo præst nomine totius Capituli sic alloquente Capitulum: *Placetne vobis electionem publicari?* & intellecto, quòd placeat, per verba singularis numeri dicente, *Ego* N. *meo omniumq; eligentium mihi in his consentientium nomine, N. inquem, collatione factâ, major & sanior pars Capituli consensit,* (vel, *omnes consenserunt*) *in nostrum & hujus monasterii Abbatem* (Præpositum &c.) *eligo ac nomine Capituli, ad laudem & gloriam* DEI *omnipotentis præfatum* N, *declaro atq; pronuntio verè & legitimè electum hujus Monasterii Abbatem* (Præpositum &c.) *jubeoq; ut electio solemniter publicetur, in nomine Patris & Filii & Spiritus S.* cùm enim integra electio sit actus moraliter unus totius Capituli, non censetur perfecta, donec

unus

unus nomine totius Capituli loquatur, & publicè communi nomine eligat futurum Prælatum, quem antè major pars, vel omnes sigillatim elegerant secretè ac privatim c. *sicut cum. 21. de elect. in 6.*

405. Hæc forma c. *Quia propter*, servanda est, quoties agitur de formali electione ad perpetuam prælaturam in titulum: cui, quoad Prælaturas Regulares, etiam perpetuas S. C. Tridentinum *ses. 25. de Regular. c. 6.* adjecisse videtur, ut, cæteris eligendi formis abolitis, non nisi per Scrutinium ac vota secreta fieri possit; & siquis aliter electus fuerit, electio irrita sit, ad inducendam majorem electionis libertatem, quæ in electionibus Prælatorum Regularium magis periclitari solet ob præsidium Episcopi, Cardinalis Protectoris, vel Superioris per Generalem deputati; quàm in Capitulis Cathedralium, in quibus omnes vocales coæquale jus habent, & regulariter per nullius su-

per-

perioris actui electionis intervenientis personalem præsentiam conterrentur.

406. Quoniam verò ad actum electionis plura concurrere solent ac debent, de singulis aliquid ex ordine innuam, non quasi constituturus certam Juris Theoricam cuilibet casui applicabilem; sed ut aliquod saltem lumen indè mutuari possint ii, ad quos jus ejusmodi pertinet, retento nihilominùs usu singulorum conventuum atque locorum. Itaque

I. Sciendum est, jus eligendi ex natura rei habere hanc conditionem, ut exerceri non possit, nisi adveniente dignitatis vacatione, quæ vel per obitum, vel per renuntiationem, vel per translationem, vel per privationem, vel per status incompatibilis assumptionem contingit. Unde Superstiti Prælato Coadjutor cum spe successionis dari non potest, nisi à Superiore, cujus consensus semper accessisse intelligendus est, quoties perpetuus Coadjutor datus alicui legi-

legitur, ùt in S. Bonifacio Episcopo Moguntino de permissu Zachariæ Romani Pontificis cernitur c. *Petiisti* 17. VII. *q.* 1. & ex antiquis Episcopalium Coadjutorum dationibus, vel confirmationibus factis semper à Primatibus aut Metropolitanis evidenter apparet: adeò ut materia dandi Coadjutorem Episcopo vel Abbati, sede plenâ, totaliter diversa sit à materia eligendi Episcopum vel Abbatem, sede vacante: cùm coadjutoria directè ac immediatè pendeat ab arbitrio Superioris, qui tamen desiderare solet consensum tum ipsius Coadjuvandi, tum Capituli voluntatem suam explicantis in figura electionis; electio autem propriè dicta stet penè ipsum Capitulum; nec aliæ Superiores partes sint, quàm eam vel confirmandi vel infirmandi: quapropter in posteriore casu circumspectior esse debet Superior circa ipsam electionis formam, ob jus tertii, scilicet Electi, si validè fuerit; aut proprium Superioris ex dis-

lutione ad se facta, si invalida extiterit, ita ut ex integro tunc providere possit Ecclesiæ vacanti in alia persona sibi benevisa; vel in eadem, quæ nulliter electa fuerat, per viam novæ deputationis, dummodo illi constet de voluntate majoris saltem partis eligentium. Ubi, quoad electiones Episcopales in Germania, ex Concordatis inter Eugenium IV. nomine S. Sedis Apostolicæ, & Fridericum III. Imperatorem diversosque S. R. I. Principes tum Ecclesiasticos, tum sæculares, repræsentantes Inclytam Nationem Germanicam, initis, & à Nicolao V., qui priùs Thomas Sarzanensis, dictus unà cum Joanne Carajales posteà Cardinale S. Angeli, & Nicolao Cusano deinde similiter ad Cardinalatum assumpto, Conventui Francofurtensi A. C. 1446. interfuerat, primùm simpliciter, tum verò per constitutionem specialem *certo modo* confirmatis, notandum est, Capitula Cathedralia in vim eorundem Concordato-

rum

rum prætendere, casu quo nimius solemnitatum rigor in electione adhuc inguem servatus non fuerit, providendum esse tamen à S. Sede Apostolica Ecclesiæ vacanti de eadem persona capitulariter electa, modo electio facta sit ab omnibus vel à majore parte, cæteris licet concernentibus formam Electionis omissis: quem sensum usus continuus hucusque receptus confirmat.

407. II. Requiritur, ut, Ecclesia canonicè vacante, citentur omnes septutam defuncti aut certam aliàs relegationem vel privationem &c. pro die & loco determinatis ab Episcopo (sicubi ùt Bambergæ & Herbipoli quoad Conventus Benedictinorum, Canonicorum Regularium, Cistercienſium, & Præmonstratensium moris est) vel ab ipso met Conventu, pro recepta consuetudine, omnes interesse habentes, saltem qui sunt in provincia c. *Coram dilecto* 35. X. *de elect.* ita quidem, ut si vel unus vocalis prætereatur, agere possit commu-

contemptu, si velit; universamque electionem subvertere.

408. III. Pro meliore eligentium informatione præcedere possunt electionem, intra 3. menses à die vacationis instituendam, certi tractatus consultonii de meritis, partibus, & qualitatibus eligendorum c *Inter Canonicos*. 21. & c. *cùm in Veteri* 52. X. *de elect.* sicut & de iis, quæ necessariò observanda vel præcavenda videntur deinceps pro bono regimine Ecclesiæ vel Monasterii, vocariqúe solent in electione Pontificis quidem *Capitula conclavis*, (de quibus fusè Lavorius *in suis lucubrationibus*, & Eminentissimus Cardinalis Brancatius *dissert.* de pactionibus Cardinalium, quæ vocantur Capitula Conclavis) aliàs Capitulationes, seu *compactata* tempore sedis vacantis jurejurando firmata à singulis ob bonum regimen futuri successoris, quæ licita & servanda sunt, si nihil aliud quàm publicum vacantis Ecclesiæ bonum respiciunt; irrita verò &

perjuria potiùs dicenda c. *sicut.* 27. ✠
de jurejur. si merè directa sint in quale-
cunque Eligentium commodum, aut
contra authoritatem Superioris, vel
publicam Ecclesiæ utilitatem c. *ubi pri-*
culum. 3. §. *cæterum.* *De elect.* in 6.
vel impeditiva majoris boni, aut Regu-
laris discliplinæ relaxativa c. *quem ad-*
modum. 25. ✠. *de jurejur.* Clemens III.
in c. 4. *de elect.* in secunda collectione
Decretalium apud Antonium Augusti-
num; vel in præjudicium tertii c. *cum*
contingat. 28 ✠. *de jurejur.* maxime
Superioris, cujus jus in quocunque in-
ferioris juramento intelligitur semper
exceptum c. *Venientes.* 19. ✠. *eod.* in 6.
& si sint præter dispositionem Sacrarum
Canonum, ùt S. Sedes Apostolica de-
claravit per Eminentissimum D. Car-
nalem Azzolinum his verbis ad Episco-
pum Brixinensem per litteras directas
Havendo la Santità di N. signore fatto
esaminare minutamente i capi delle con-
venzioni seguite trà V. S. Illustrissima

il Capitolo di cotesta sua chiesa nell' esser lui eletta al Governo Pastorale di essa, mi commanda la Santità sua di scrivere in suo nome à V. S. Illustrissima, ch'ella potrà lasciare di osservare tutti quelli, che sono contro ò fuori della disposizione de' sagri Canoni, ò del Concilio di Trento, &c. cujus ultimi ratio est, quòd vel electioni, quæ absoluta esse debet c. *Actum.* 50. *de R. I. in 6.* alia conditio adjici nequeat, quàm expressiva eorum, ad quæ Electus tenetur tenetur de Jure L. *muto.* 6. §. *subconditione.* 1. ff. *de Tutorib.* vel, ùt Felinus in c. *si verò* 8. ✠. *de jurejur.* Romanus *singulari* 307. aliique loquuntur, consensus ejusmodi, quamvis juratus, meritò vocetur extortus gravi metu omnimodæ exclusionis à vacante dignitate: de quo tamen secundo, maximè in Regularibus, dubito; & insinuato hoc uno, Capitulationes ejusmodi in electionibus Superiorum Regularium adjici solitas, ab Episcopis, vel aliis illorum superioribus prohibendas, nec to-

lerandas esse, nisì horum authoritas & approbatio, præviâ earundem revisione, accedat, nequi fortè respectibus privatis illecti tempus illud idoneum & acceptabile putent ad consulendum commodis suis cum qualicunque præjudicio Regulæ aut disciplinæ. Nunc ad alia transeo.

409. IV. Legitimè absēs, ac rationabiliter impeditus de Jure cōmuni committere potest electionem alicui de Capitulo, qui tamen, sic constitutus Procurator, eundem suo & procuratorio nomine eliget, nisì in mandatis determinata sit persona eligenda c. *si quis posto. 46. §. porrò de elect. in 6. Tunc enim in illam ejus, & in aliam suo nomine licitè poterit consentire.* Quod cùm olim etiam licuisset in electionibus Imperatorum, à Carolo IV. in *Aurea* Bulla mutatum atque dispositum fuit, ut Legati Electorales cum plena potestate ad electionem accedant, nec ad certam personam eligendam sint adstricti. De

Re-

Regularibus expresse decreviſſe videtur Tridentinum *ſeſ. 29. de Regul. c. 6.* abſentium vices non poſſe demandari. At Paſſarellus *in Privil. minimor.* aſſerit à S. Congregatione Concilii ſæpiùs declaratum fuiſſe, Procuratores legitimè conſtitutos cum generali mandato ad eligendum, ab iis, qui canonicè impediti ſunt, non excludi, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, quia tunc votum non poſſet eſſe ſecretum; teſtaturque de viſu & auditu: ſi nimirum iis id aliàs liceat de conſuetudine, ſtatutis &c.

410. V. Vocales citati, die indictâ pro electione novi Præſulis, comparent horâ conſuetâ in loco deputato, & poſt miſſam ſolemnem de Spiritu S., ſacramque ſynaxim ab Eligentibus univerſis perceptam, coram Notario & teſtibus ingrediuntur locum Capitularem vel alium, in quo de Jure aut conſuetudine eſt facienda electio, ubi Secretarius Capituli omnium ac ſingulorum vocalium

nomina & cognomina clarâ voce recen-
set è scheda; tumque Prior, vel Decanus
aut ille, qui electioni præest, Notario
præcipit, ut unà cum Testibus ad Eccle-
siæ valvas accedens, in repetitæ pere-
ptoriæ citationis signum refigat citatio-
nem edictalem, ac denuo reproducat
& publicè legat. Quibus ita completis
idem Decanus, vel Prior &c. contu-
ciam non comparentium accusando,
pronuntiat rectè factam esse indictio-
nem electionis; omnesque præsentes
graviter obtestatur, ut si qui ex illis ex-
communicati, interdicti, vel quomodo-
libet privati, aut ab activa voce suspen-
si sint, confestim recedentes, cæteros ele-
gendi jus habentes inturbatè proceda-
re ad electionem permittant; dictoque
Hymno *Veni Creator Spiritus*, tactis S.
cris Evangeliis, singuli exordine pro-
mentum solitum de eligendo meliore
ac utiliore emittunt.

411. VI. Proposito deinde per Ele-
ctionis Præsidem stabilito per Se-

Tridentinum canonico per scrutinium eligendi modo, si reliqui non sint in usu, vel tales etiam Prælaturæ sub verbis Concilii comprehensæ putentur, scrutatores, præstito juramento de fideliter exercendo scrutinio, ad exedram consident; sique vota de consuetudine sint danda oretenus, eadem à singulis sigillatim accersitis secretò excepta in scriptis annotant, servato inter tres scrutatores vocem habentes hoc modo, ut duo ex ipsis tertium semper exquirant: siverò in schedis, inspecto priùs calice, vacuoque reperto, postquàm omnium schedæ complicatæ in calicem injectæ fuerint, eas à calice extractas super patena numerant; sique ipsas numerum electorum coæquare invenerint, Primus scrutator cæteros conscrutatores alloquitur: *Placetne, ut vota in communi publicentur*, unde appareat, quis majorem suffragiorum numerum tulerit: iisque annuentibus, altâ & intelligibili voce recenset vota singulis data, dicendo

do N. tot retuliſſe vota; N. tot. N. tot, &c. quæ vota in ſimul & conjunctim numerum electorum adæquent: tum vero factâ collatione numeri votorum ad numerum, aſſerit, N. omnes alios præ[illegible] lere, & habere majora Capituli; ſtatim[illegible] que absque interruptione morali, ſed uno contextu, vocato & interrogato Capitulo, an placeat, ut publicetur electio? eoque reſpondente quòd placeat unus, regulariter qui Capitulo præſi[illegible] nomine Capituli, per verba ſingulari numeri eligit futurum Prælatum, ſic dicens: *Ego N. meo, omniumque eligen[illegible] um mihi in his conſentientium nomi[illegible]* &c. ùt ſuprà n. 404. quo dicto, ſuffragia per ſchedas data fuerint, illæ omnes comburantur; Sicut & charta, quibus oretenus ſuffragantium vota conſcripta fuerunt.

412. VII. His ita geſtis, unus Capitulo, vel ſcrutatoribus ad id deputatus, noviter electo electionem delatam inſinuat, ejusdemque conſen[illegible] æqui-

requirit: quo onus in se modestè & cum reniſu saltem tepido (qualem Gloſſa fingit in Fœmina) ſuſcipiente, Notarius cum Teſtibus electionem, de mandato Capituli, Populo, vel quibus per conſuetudinem opus eſt, publicat; Electusque in Eccleſiam deductus, atque in ſede ad id parata collocatus, gratulationem à ſingulis vocalibus & cæteris de conventu recipit, dum interim decantatur Hymnus Ambroſianus. &c.

413. Difficultas eſt in eo, quomodo alicubi ad eligendum & ſuffragandum admittantur à Regularibus quibusdam extranei, E. G. Epiſcopus; vel alii qui non ſint de Religione, aut gremio talis Conventûs? item quomodo ſuffragia ferantur oretenus contra Decretum Concilii præcipientis electionem per vota ſecreta, ita ut ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur? ad quarum utramque Reſp. I. Idem poſſe conſuetudinem inveteratam ac immemorialem, quod poſſet privilegium S.

Po[illegible]icis *ex deductis per Rotam apud Merlinum*; aut Eligentium ipsorum-met consensus c. *Scriptum*. 40. h. t. Quod similiter ad II. esset dicendum, si dispositio Concilii etiam de Superioribus perpetuis intitulatis intelligenda foret: de quo tamen aliqui solidè dubitant. Unde cùm talia ex privilegio saltem validè fieri possint, non obstante Decreto irritante, si consuetudo non producatur tanquam merum beneficium temporis, seu tanquam nuda praescriptio; sed allegetur concessio specialis Apostolica, ad cujus probationem adducitur observantia, velut probatio praesumptiva, certum est, nullitatem non committi, cùm non procedatur ibi directè contra Decretum irritans, sed ejus non-comprehensione agatur, allegato quocunque titulo meliore de modo, citra necessitatem illum justificandi, quoties non constet de principio infecto.

414. Idem dicendum est, de inve-

tato usu assumendi tres Scrutatores, qui non sint de Collegio: quamvis enim ex c. *Quia propter.* hi de Collegio semper esse deberent, quòd electionem fideliùs tractaturi præsumantur, & non sit honestum, ut, qui sunt extra Collegium, sciant conscientiam illorum qui sunt de Collegio: hæc ratio tamen non militat in Episcopo habili de Jure communi ut etiam immediatè monachis præsit c. *causam quæ.* 9. ⁂. *de Judic.* c. *Novit. ille.* 1. ⁂. *ne sede vacan.* Ejusque Consiliariis unum cum eo Corpus constituentibus, respectu Monasterii suæ Jurisdictioni subjecti, maximè si etiam jus activum suffragii habeat, prout in Monasteriis Diœcesum Bambergensis ac Herbipolensis; & accedat consensus Apostolicus allegabilis ex observantia immemorabili sinè initio: ex quo capite procul dubio Abbas Tullensis electus cum sex scrutatoribus, tribus de Collegio, ac tribus extra Collegium, ab Apostolica sede confirmatus fuit, testibus

bus Vincentio, Tancredo, Mandos
Boërio, & aliis: nisi dicatur illam
firmationem merè gratiosam, se
tiùs commissorum defectuum
vam fuisse, quò Rota *in una*
Monasterii, decis. 1326. coram Co
n. 19. inclinat.

415. Quia verò, ùt aliquoties
forma à S. C. Tridentino præscrip
videtur observanda in Electione
riorum Regularium Ecclesias
lum habentium, cujusmodi sunt
quòd sciam, Abbates Germaniæ
ligiosi vocales; aliique jus suffra
bentes compromissi viam elegen
bunt plenam & liberam potestatem
vel pluribus, ut ille, vel hi, vel
eorum pars, vice totius Capituli,
vacanti de idonea persona provi
omni potestate & vice singulorum
cem activam habentium, ac tot
pituli, super hoc illi, vel iis com
eligendi, & electionem solemni
ram toto Capitulo publicandi

idem ultimum ille, vel unus ex Com-
promissariis, si fuerint plures, peragit,
cendo: *Ego* N. *Compromissarius con-
diter electus, juxta facultatem in
Compromisso traditam, meo atque o-
nium mihi consentientium ac totius
Capituli nomine, eligo in Præpositum, vel
dictum* &c. ut suprà, *n.* 404.

416. Post electionem canonicè per-
actam ejusdemque acceptationem intra
mensem faciendam, supereſt Confirma-
tio, quæ eſt *juris per electionem quæsiti
corroborativa declaratio*, petenda intra
tres iterum menſes ab aſſenſu electioni
præſtito (nisi ratione termini tum ele-
ctionis, tum petendæ Confirmationis
statuta ordinis aliud jubeant) Electi &
Capituli nomine, regulariter ab imme-
diato Superiore, vel eo, ad quem con-
secratio ſeu benedictio pertinet *dist.* 65.
& 66. & hæc non eſt parvi momenti,
cum Electo, jus ad rem per electionem
conſecuto, jus in re, bonorumque ad-
miniſtrationem, & ea, quæ jurisdictio-
nis

nis sunt, tribuat. Unde c. *cùm nobis* 19. ✠. *h. t.* priùs ab Episcopo confirmante de duobus copulativè videndum est, nempe de processu electionis, & habilitate personæ electæ. Quamvis enim nulla reperiatur in Jure forma confirmationis præscripta; ideoque sufficiat quodcunque dictum aut factum declarativum voluntatis Superioris confirmantis, maximè si hic præsens fuerit electioni: aliàs tamen inquisitio supra præmissis duobus requiritur, citatis item generaliter opponere se volentibus cum assignatione termini peremptorii ad comparendum.

Caput V.

De benedictione Abbatum & Præpositorum.

417. *Discrimen inter Abbates qui benedicuntur authoritate Apostolicâ; & qui authoritate ordinariâ à proprio Episcopo.*

418. De habitu Electi & Assistentium; pridianoq; jejunio Episcopi atque Electi.
419. De juramento Electi: ubi de quorundam simulata superstitione.
420. De examine Electi; & qualiter ante missam se induat.
421. De sandaliis, & compagis seu caligis.
422. De Encolpio, seu Cruce Pectorali: ubi de insigni privilegio Abbatis S. Michaelis Bamberga.
423. De Dalmatica, & Tunicella.
424. De impositione non consecrativa manuum Episcopalium; traditione Regulæ, Baculi, & Annuli.
425. De usu Baculi Pastoralis, ubi nonnulla de obligatione servandi formam in Caremoniali Episcoporum præscriptam.
426. De Annulo.
427. De oblatione, Pace, communione, & Insulatione.
428. & 429. De usu mitræ Abbatum, aliorumq; Episcopis inferiorum: ubi de privilegio Canonicorum Ecclesiæ Bambergensis à Leone IX. iisdem concesso.
430. De Chirothecis adhibendis extra missas pro Defunctis.
431. De collocatione neo-Abbatis in sede aut Faldistorio; benedictione Populi; & acclamatione; Ad multos annos.

432. *De benedictione Abbatis usum mitræ non habentis.*

417. Cùm Abbates plerûmque benedicantur ab eodem Episcopo, à quo confirmati fuerunt, superflua est cæremonia prælegendi mandatum de Benedicendo, ne idem sibimetipsi præcipiat: sed præmissis Cæremoniis in Pontificali Romano præstitutis, Primus Assistentium demissè rogat Episcopum ut hunc Electum ordinare dignetur: quo examinato, Electus coram Episcopo in genua dimissus præstat huic juramentum fidelitatis, & schedam pendente sigillo suo roboratam Eidem consignat: secùs autem, si quis Abbas benedicendus esset authoritate Apostolica vel ab alio, quàm à proprio Episcopo, quo casu non antè procedet Episcopus, quàm mandatum obtinuerit de tali benedicendo.

418. Ipsa benedictio fit ab Episcopo assistentibus duobus Abbatibus cum-

pec-

perpelliceis, ſtolis, pluvialibus, & mitris ſimplicibus albis, die Dominico, vel feſtivo, horâ congruâ: præmiſſo tamen pridiè jejunio tum ab ipſomet Epiſcopo, tum ab Abbate benedicendo. Electus in Capella ſua paratur amictu, albâ, cingulo, ſtolâ in modum Presbyteri, ac pluviali; dumque ab Aſſiſtentibus ad Epiſcopum in habitu Pontificali ſedentem ſupra faldiſtorium ante medium Altaris diſpoſitum adducitur, depoſito bireto, unà cum Aſſiſtentibus, quorum capita quoque detegantur, ſe reverenter inclinat,

419. Tum verò ſedentibus univerſis, ſenior Aſſiſtentium ſurgens detecto capite petit ab Epiſcopo, ut Electum Benedicere velit; productoque reverenter mandato, ſi tali fuerit opus, & per Notarium intelligibili voce, omnibus tecto capite ſedentibus, prælecto, Electus ſurgens, coram Epiſcopo genuflexus legit juramentum in Pontificali Romano præſcriptum: quod cùm olim, referente

Chro-

Chronico Cassinensi, quidam facere detrectâssent, eo simulatæ superstitionis prætextu, quòd nec per Evangelium, nec per Regulam S. Benedicti jurare liceret, Innocentius III. c. *Etsi.* 26. ✠. *de jurejur.* excusationem hanc frivolam repulit; & ne Cistercienses, auctâ Religione, ab hoc debito se forsan liberos crederent, Honorius III. c. *Ne DEI.* 43. ✠. *de Simon.* formam jurandi specialem pro illis præfixit.

420. Emisso juramento, Episcopus ad benedicendi examen procedit, cui Electus ad singulas interrogationes assurgens capite detecto Respondet juxta Pontificale, completoque examine genuflexus manum Episcopi deosculatur, & cum Assistentibus ad Capellam pro se destinatam recedens, Pluviali deposito, si non acceperit in principio, calceat se sandaliis; acceptâque Cruce pectorali, si specialissimo illam gerendi privilegio gaudeat, & aptatâ sibi stolâ, Tunicellam, Dalmaticam, Planetam, & manipulum

pulum accipit; ac medius inter Assistentes suos in Altari minori sibi parato Missam *de die*, cum collecta pro se dicenda sub uno *per Dominum* cum collecta diei, pariter cum Episcopo prosequitur usque ad *Alleluja*; vel ad *ultimum versum Tractûs*, aut *sequentiæ* exclusivè vultu per totam Missam ad Altare conversus.

421. Sandaliorum usus alicubi, teste Amalario Fortunato, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis fuit communis; extatque S. Bonifacii Germaniæ Apostoli constitutio Synodica Capitularibus Caroli Magni inserta, *ut omnis Presbyter Missam ordine Romano cum sandaliis celebret*: ne videl. detritis ac sordidis calceis Sanctuarium defœderent; quapropter in Ecclesiastica supellectile quondam fuêre sandalia celebraturis concessa, peracto sacrificio relinquenda in sacristia cæterorum usui, ùt ex testamento Leodebadi apud Helgaldum Floriacensem discimus: quem morem

rem PP. Franciſcani ſtrictioris obſervantiæ, Capuccini, & alii nonnulli hodiedum obſervant; laudanturque à Bauldrio Tr. *de præpar. Sacerdot. pag. 230.* Eccleſiæ, in quibus aſſervantur honeſtæ crepidæ, ne Sacerdotes ad Altare cum calceis lutulentis accedant. Quam ob cauſam in Italia vidi ante plures Eccleſias ferrum quoddam immuratum, ad quod homines templum ingreſſuri calceorum Sordes abſtergere ſolent: id quod ab Hebræis etiam ante introitum in eorum Synagogas uſu receptum eſſe authoritate Salomonis ajentis: *Cuſtodi pedem tuum, quando ibis ad Domum* DEI affirmant ii, qui de moribus eorundem diſcurrunt. Primario tamen loco Sandalia in forma ſplendidiore unâ cum compagis ſeu Caligis, competière ſolis Epiſcopis, donec Leo IX. Abbati Cluſinenſi ſandaliorum uſum, indè ad alios tractu temporis delatum, conceſſit.

422. De Encolpiorum ſeu *crucum pectoralium* uſu non libet hìc multa di-

differere, labore hoc ad aliud opuscu-
lum paulò pòst in vindicatione *Pacifi-
carum cogitationum mearum* adversùs
D. Joannem Ludovicum Hartmann, &
D. Hieronymum Brückner, luci pub-
licæ dandum rejecto: maximè cùm A-
postolica privilegia *Crucis pectoralis*
communiter nequaquam meminerint,
ùt videre est in iis, quæ ab Alexandro II.
A. C. 1063. Egelsimo; ab Urbano II.
S. Hugoni Cluniacensi. A. C. 1088. &
A. C. 1095. ejusdem Hugonis Successo-
ribus Abbatibus, in ampliſſima licèt a-
bàs forma, concessa fuêre. Nec obstat,
quòd in Pontificali, authoritate Cle-
mentis VIII. recuso, ejusdem mentio
fiat, cùm intelligendum sit tantùm de
iis Abbatibus, quibus insolitum hoc
privilegium, ùt Abbati Monasterii
Montis S. Michaëlis Bambergæ, cui &
crux in Ecclesia sua præfertur, quoties
solemniter celebrat, specialissimè com-
petit. Unde cæteri, qui encolpii gestan-
di privilegio destituuntur, simplicium

Pres-

Presbyterorum more, orarium
cancellatione, in forma crucis
ctus demittent.

423. Tametsi porrò Episcop
quoque speciale indumentum
Dalmatica & *Tunicella*, peculiari
à Dalmatica Diaconi & à subd
Tunicella, quâ subdiaconis di
clesia Romana uti non licuit olim
stincta: hodie tamen utraque
tiam Abbatibus mitratis in
nedictione conceditur, non
gnificatione Mystica, quâ
sed ad insignius tantùm aliquod
mentum c. *Abbates.* 3. de
ùtùt S. Bernardus *epist.* 42. ad
senonensem Archiepiscopum, u
tificalium in aliis, quàm Episc
stûs ac indecentiæ; & Petrus
epist. 90. superbæ cujusdam
seu præsumptuosæ ostentation
rit; & Congregatio Burschfeldens
batibus quoquo privilegio
rundem usu interdixerit. Sed

monias Benedictionis Abbatialis re-
pertamur.

424. Recitatis deinde, juxta modum in Pontificali præscriptum, Psalmis Pœnitentialibus (qui in consecratione Episcopi, tanquam in ordine *Perfectorum* constituti, omittuntur) Litaniis, Versibus, ac orationibus, aliisque præmissis, & factâ supra Caput Electi ambarum manuum Episcopalium, digitis non disjunctis, extensarum impositione, absque interventu S. Chrysmatis cum formula tantùm precatoria, Episcopus sedens cum mitra tradit Electo Regulam ambâbus manibus eam excipienti; deinde Baculum; tertiò Annulum, quem digito annulari dexteræ manûs Neo-Abbatis immittit; dictâque simul mitra versùs Abbatem coram se in genua provolutum oratione: *Te omnipotens* &c. eundem ad osculum Pacis admittit; quod pariter faciunt Assistentes.

425. Ante annum à Christo nato mil-

lesimum usus Baculi Pastoralis in solemnitatibus Ecclesiasticis vix alteri quàm Episcopis solis, concessus fuit, omnisque cæremonia quondam adhibita in benedictione Abbatum, juxta Sacramentarium S. Gregorii, in hac oratione constitisse videtur: *Quæsumus omnipotens DEUS, famulum tuum N. quem ad regimen animarum elegisti, gratia tuæ dono prosequere: ut Te largiente, cum ipsa Tibi nostra electione placeat. Per &c.* Postquàm tamen, vel ab Episcopis, ùt de Berengario Vesuntionensi Archiepiscopo legitur; vel à SS. Pontificibus ad hujus Insignis usũ Abbates admissi fuerunt, aliud monendum non occurrit, nisi quòd regulariter intra eorum Monasteria solùm; non autem extra eadem, quò Pastorale illorum officium nequaquam protenditur, nisi pro certis solemnitatibus specialissimè à Sede indultum sit; at coram Episcopo locali nunquam, ne quidem in propriis Ecclesiis, extra actum Benedictionis

novi

novi Abbatis, uti liceat Baculi Pastoralis insigni, arg. Ic. Denique. 6. *dist.* 21. & *c. volentes.* 8. ✠. *de off. Legati, Carem. Episco. l.* 1. *c.* 17. ubi non possum non indolere, cæremonias sacras ad Orthodoxæ Religionis nostræ splendorem, ædificationem Populi, Adversariorumque confusionem institutas, mutari à quibusdam pro libitu, substitutis insolitis, per quas res Divina & Ecclesiasticus Ordo potiùs turbatur ac dehonestatur, dum aliqui privilegio Baculi & Mitræ gaudentes, baculo pastorali passim & ubique uti præsumunt; & coram Sanctissimo Altaris Sacramento solemniter exposito mitrâ (contra *Carem. Episc.* & *Missale feriâ VI. in Paraseeve*) Caput irreverenter obtegi sinunt, nullâ quantilibet temporis vetustate excusabiles, tum ob deformitatem cum scandalo conjunctam; tum ob authoritatem S. Matris Ecclesiæ statuentis in S. Conc. Triden. *sess.* 7. *de sacramen. in gene. can.* 9. Anathema esse, si quis dixerit, re-

ceptos & approbatos Ecclesiæ Catho-
licæ ritus contemni, aut sinè peccato o
mitti à ministris pro libito, aut in nov
per quemcunque Prælatum mutari po
se. Certè, si inter umbras Legis antiqu
Levit. 10. *v.* 2. Nadab & Abiu filii Aa
ron offerentes coram Domino igne
alienum à ritibus præscriptis, igne d
sumpti fuerunt: quis in plena Evange
luce, non observatâ S. Matris Eccles
normâ ab indignatione Dominica a
tum se putet? conteſtante Innocentio X.
Constit. *Et aliàs.* omnes ad observa
dam exactè Cæremonialis formam
neri, ita ut nemo ex iis, quibus Pontif
calia exercendi munus concessum d
nisi formulis, quæ in eodem Cæremo
ali continentur, servatis, satisfac
possit: cui accedit, quòd juxta gener
les Rubricas Missalis Romani *de ri*
celebrandi missam t. 2. n. 6. Cæremo
niali æquè adstringantur Præsules, ac
cerdotes rubricis Missalis, nullumq
lateat, quantâ animi contentione
Ele-

Electionis *1. Cor. 14. v. 40.* præcipiat, ut *omnia honestè & secundùm ordinem fiant.*

426. De Annulo & ejusdem significatione fusè dixi Bambergæ in solemnitate Nuptiali Illustrissimorum Comitis & Comitissæ de Dernbach die 24. Januarii 1678. ac quoniam ejusdem usus apud quoslibet penè Clericos nullâ speciali prærogativâ gaudentes passim invaluit, annoto hìc tantùm ex Joannæ Andrea in c. *ut Apostolica. 6. de priv. in 6.* Rhythmum vulgarem: *Clericus annulatus aut stultus, aut Prælatus*, potest tamen etiam Clericus Doctor, extra missæ celebrationem, annulum deferre, ùt S. Congregatio Episcoporum in una *Salernitana 22. Maji*, 1612. resolvit, vanitate nimiâque affectatione remotâ. Quid autem Celsitudo sua de gestatione annulorum 25. Maji 1680. juxta Constitutionum Apostolicarum normã decreverit, indicabit copia Mandati sub hujus opusculi finem,

unà cum aliis suæ Celsitudinis Edict
appressi.

427. Post offertorium, Abbas medi-
us inter Assistentes ducitur ad Episco-
pum sedentem ante Altare in faldistorio
cum mitra, cui flexis coram eo genibus
offert duas faces accensas, duos pan-
& duo vascula seu doliola, in Pontifica-
li *barrilia* dicta, vino plena, recipien-
tisque Episcopi manum obsequiosè de-
osculatione veneratur; ac indè recedens
ad locum sibi paratum, medius inter a-
sistentes suos, inclinatis genibus legit
totam Missam, verbis *consecrationis* ex-
ceptis; obtentâque, post orationem Do-
mine JESU &c. ab Episcopo pace, ad
scabellum suum rediens, assistentibus
suis impertitur eandem; acsumpto cor-
ce ab Episcopo, ante eundem genua
reverenter demissis communicat de pa-
cie panis tantùm; completâque Missa
usque ad ultimum Evangelium exclu-
vè, idem Neo-Abbas cum Birreto
Capite in genua se rursum demitto-
ram

nm Episcopo mitrato sedente in faldistorio ante medium Altaris, qui Mitrâ illum coronat; extractoque tantisper annulo de manu Abbatis, manibus Ejusdem Chirothecas, & Annulum eundem imponit.

428. De Mitra, quantum ad Abbates, aliosque inferiores Episcopis pertinet, constat ejus usum, post Annum CHRISTI Millesimum, paucis quibusdam Abbatibus à S. sede specialiter indultum fuisse: quorum privilegiis cùm tempore S. Bernardi plerique Religiosorum Præsules inhiarent, jam suprà n. 423. ex parte retuli, quàm acerbè vanitatem illorum corripuerit: *Apertè indicant quidem horum* (Abbates) *quid cogunt, dum privilegiis Apostolicis multo labore ac pretio obtentis, per ipsa vendèntant insignia Pontificalia, utentes & Ipsi, more Pontificum, mitrâ, annulo, atque sandaliis. Sanè si attendatur rerum dignitas, hanc Monachi abhorret professio; si ministerium, solis liquet congruere*

Pontificibus: profectò esse desider
quod videri gestiunt; meritoq; non
unt iis esse subjecti, Quibus jam
comparant desiderio Quidsi & eis
conferre privilegiorum posset auth
quanto, putas, auro redimerent, ut
tifices appellarentur? Quâ quidem
lei Doctoris amarâ correptione
ctum fuit, ut Abbates ordinis Cis
ensis non nisi circa A. C. 1489. ab In
centio VIII. usum Mitræ obtin
privilegio tunc ad Cistercienses
taxat & primos quatuor ejusdem
nis Abbates *n* 129. recensitos re

429. Tametsi vero privilegium
tam amplum tum ante, tum circa
post tempora S. Bernardi tantopere
neficio S. sedis dilatatum fuerit, ut
omnibus Canonicis Ecclesiarum M
politanarum Pragensis & Lugdun
Imperialis Bambergensis, & a
quarundam; Pluribus Præpositis
tuor Metropolitanæ Sedis Mog
Prælatis; Primicerio Ecclesiæ S.

Venetiis ; Custodi Hierosolymitano Minoritarum ; Prioribus Conventûs Brunensis F.F. Augustinianorũ in Moravia; plerisque Abbatibus, ac aliis, imò & Laico Bohemiæ Duci aliquando competiisse legamus : ejus usus tamen variè restrictus, speciatimque c. *ut Apostolica. 6. de privil. in 6.* à Clemente IV. statutum fuit, *ut Abbates & alii, quibus Mitræ usus est à S. sede concessus, exempti quidem in provincialibus Conciliis, & Episcopalibus Synodis (quibus nonnulli eorum interesse tenentur) mitris tantùm aurifrisiatis (non tamen aureas vel argenteas laminas, aut gemmas habentibus) uti possint : non exempti verò simplicibus, & albis ac planis utantur. In aliis verò locis exemptis & non exemptis, liceat illis uti mitris, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt.*

430. Quoad Chirothecas Pontificales, primum fortassis earum usum Urbanus II. S. Hugoni Abbati Cluniacensi

concessit, quæ colori paramentorum congruere debent, exceptis nigris in Missis pro Defunctis, ubi nullus est Chirothecarum usus, ut ùt aliqui prorsus ridiculè in similibus etiam missis nigras assumant. DIXI: *Pontificales*: manicæ aliæ quondam alicubi in missa adhibitæ fuerunt à Presbyteris, ex corio, ad Episcopalium ex serico textarum differimen, confectæ: sed hæc per transennam.

431. Si Abbas benedictus sit in proprio Monasterio, pulsatis Ecclesiæ campanis, Episcopus ei ad chorum deducto & in Prædecessoris sui sede collocato porrigit Baculum Pastoralem tenendum in manu sinistra: si verò extra ipsum, Episcopus deducit Abbatem ad faldistorium, quo Ipsemet usus fuerit, inquiens: *Sta in Justitia* &c, quo facto, Episcopus à dextris Ejus stans, & ad Altare conversus, depositâ mitrâ intonat Hymnum: *Te DEUM laudamus*, sub cujus decantatione solemni Abbas post

post primum versum surgens, & à mitratis Assistentibus associatus circumiens Ecclesiam, Populo benedicit: Episcopo interim sinè mitra apud sedem manente, donec Abbas (si is quidem in proprio Monasterio benedictus fuerit) ad sedem suam rediens ac sedens singulos Monachos ad osculum manûs admiserit, Hymnusque completus fuerit: quo finito, Episcopus stans sinè mitra à dextris Abbatis sedentis cum mitra, dicit *versus*, & orationem *Exaudi*, receptâque deinde Mitrâ Episcopali, ad cornu Evangelii Altaris, ad stantibus Assistentibus sinè mitris, procedit: at Neo-Abbas cum mitra ac baculo, ante medium Altaris, Populo solemniter benedicit; tumque ad cornu Epistolæ Altaris cum mitra & baculo in genua provolutus, semel tantùm Episcopo acclamat: *Ad multos annos!* à Quo, sicut & ab Assistentibus recipitur surgens ad osculum Pacis; ac deinde recedens cum Assistentibus ad locum sibi destinatum, dicit

Evan-

Evangelium S. Joannis: quod cùm etiam fecerit Episcopus in Altari, depositis sacris vestibus, omnes in Pace redeunt.

432. Si Electus Abbas non habeat usum mitræ, assistunt ei tantùm duo seniores sui, vel alterius Cœnobii, non mitrati, superpelliceum & Pluviale gerentes; peractoque examine, priusquam Missa inchoëtur, Electus loco Sandaliorum, Crucis, Tunicellæ, & Dalmaticæ, depositò Pluviali, & stolâ in modum crucis S. Andreæ, cæterorum similiter plicium Presbyterorum adinstar, retentâ, casulam tantùm induit; atque omissâ sub finem Missæ impositione Mitræ, chirothecarum & Annuli, cùm in Abbatiali Sede aut Faldistorio constituitur, stat cum bireto: non tamen circuit Ecclesiam benedicens Populum, sed dum à Cantoribus solemniter persolvitur Hymnus Ambrosianus, manet sedens in sede, aut Faldistorio, cooperto Capite usque ad finem; siquè benedicturus Mo-

Monasterio suo, monachos ad amplexum admittit, & intermissâ Populi benedictione solemni, cum apprecatione *ad multos annos!* finè mitra actum concludit.

Caput VI.

De congregationibus ordinum non exemptorum.

433. *De Cœnobiis sub Episcoporum potestate constitutis, diversisq; Congregationibus, maximè verò Cistercienſi.*

434. *Status Cistercienſium in Franconia.*

435. *De celeberrimo & primævo ordine Patrum Benedictinorum: ubi de vigilantia Episcoporum in aggregationibus impediendis.*

433 NOtum est, plures etiamnum Cœnobitas, in Germania saltem, Hungaria, Polonia, & Bohemia, retentâ subjectione avitâ, constitutos esse sub Episcoporum potestate, ac secundùm se regi plerumque ex vi Regulæ independenter ab aliis conventibus, ùt

ùt suprà *n.* 382. monstratum est: eo fe-
rè modo, quo reguntur monasteria
monialium, & Patres Oratorii S. Phi-
lippi Nerii: nisì accidentaliter de Si-
centia Episcoporum introducta sit, a-
pud illos aggregatio quædam plurium
conventuum, servato subinde eodem
habitu, ùt in Congregationibus Hirsch-
feldensi, Hirsaugiensi, Mellicensi,
Burschfeldiensi &c. contigit; quan-
doque verò illo nonnihil mutato, ut in
Congregatione Cisterciensi sic dicta
valle Cistercii in Diœcesi Cabilonensi
in Burgundia apud Gallos à S. Rober-
to introducta &c. quæ cùm tenden-
duntaxat videretur ad disciplinæ con-
servationem, non obstiterunt Episcopi
tam piis conatibus in nullum Eccle-
rum aut Jurium suorum damnum ve-
gere visis, prout tempore S. Bernardi
Cistercienses Episcoporum potestati
subjecti, & ab hoc Sancto Doctore
semel stimulati fuerunt ad continuan-
dum obsequium Episcopis locali
debitum, ùt *n.* 25. ostendi.

434. At cùm pleno deinde impetu ad subtrahendos se jurisdictioni Episcoporum proruerent: in Germania saltem Principes Ecclesiastici, utpote majore præ cæteris Episcopis authoritate pollentes, suis & Ecclesiarum suarum juribus fortiùs institerunt; ac pro varietate locorum primam S. Benedicti Fundatoris, ac S. Bernardi eorundem Instauratoris intentionem conservare pro viribus nisi sunt; atque ut de Franconia nostra loquar (cùm res hæc uniformiter à singulis Episcopis gesta non fuerit) nullam Monasteriis Cisterciensibus indulserunt dependentiam à Visitatoribus & Generali, nisi tantùm in rebus concernentibus disciplinam Claustralem: adeò quidem, ut Episcopi Bambergensis ac Herbipolensis, post singulorum Abbatum Cistercienſium obitum, captâ per suos specialiter possessione locali, singularem viduatorum Conventuum curam suscipiant; electionis diem ad instantiam Patrum deter-

terminent; jus suffragii in eadem
btineant; Prælatum noviter elec
installent; eidem confirmationis
benedictionis gratiam impertian
Regulares examinent, ordinent, app
bent; subsidium charitativum ab
exigant; sacrum oleum iisdem
nistrent; ac quibusdam in locis
dem etiam ad annuas proventuum
administrationis suæ rationes red
das compellant &c. in quibus om
bus, non obstante Privilegiorum
tudine Congregationi Cisterc
concessâ, at in partibus nostris
quam adusum perductâ, voluntas,
potestas, S. Pontificis in negot
trahitur, illudque duntaxat expend
an publicus Antistitum Germ
quorum intererat, consensus acce
ne ab eo Jure, quod diu æquum,
Christo ipso sancitum fuit, absq
gna & evidente necessitate vel
publica, recedatur, contra volunt
SS. Pontificum æquanimiter

em, si quis in iis, in quibus perturbare-
tur, vel saltem insigniter dedecoraretur
Status Ecclesiarum Germaniæ, manda-
tum Apostolicum non duxerit exe-
quendum: qua de re plura 22. Junij
1679. agitata fuerunt coram Celsitudine
sua ab Abbate Monasterii vallis speciosæ
Congregationis Cisterciensis.

435. De celeberrimo & primævo
Patrum Benedictinorum ordine con-
stat, quàm sincerè ac feliciter in pleris-
que Germaniæ Diœcesibus is sub Or-
dinariorum suorum vite quieverit, Con-
gregationibus, Burschfeldensi præci-
puè, quæ sub finem Concilii Constan-
tiensis in Cœnobio quodam Saxoniæ
dicto Burschfeld Authore Joanne Ab-
bate, permittentibus singulorum loco-
rum Episcopis, erecta fuit, ne quic-
quam ordinariæ jurisdictioni nocenti-
bus, nec ad aliud ex se tendentibus,
quàm ad illibatum tam Nobilis & an-
tiqui ordinis florem, per annua Capitu-
la,

la, & frequentes visitationes monasti-
cas, perpetuò conservandum. Quia
tamen aggregationes ejusmodi, utcun-
que limitatæ, favillas fovere subcinere
possunt, ad suscitandum quandoque
contra Ordinariorum jura incendium;
sicut eæ, quæ jam extant, improbarinon
debent; ita providorum Episcopo-
rum erit attendere, quamdiu per se vel
per suos Monasteriis sibi subjectis suf-
ficienter consulere in omnibus pos-
sunt, ne ad tales aggregationes in Cor-
tice quidem non metuendas, sed in me-
dulla periculosas deveniant: prout ce-
iam nuper Ordinarii complures circa
nostras Germaniæ partes apud S. Sedem
allaborârunt sollicitè, ne per introduc-
tionem novæ cujusdam Congregatio-
nis optimis licèt clausulis præmuniten-
dæ authoritas eorum ordinaria ac Dio-
cesana subiret discrimen, inculcatâ di-
ligenter omnibus memorabili Leonis I.
sn epist. ad Synodum Chalcedonen. sen-
tentiâ: *nihil alienum concupiscat auri-*
tas;

tus; nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat augmentum.

Caput VII.

De Eremitis.

436. *Quatuor genera Monachorum.*
437. *Triplex Anachoretarum conditio; & quantùm singuli Episcopis subjiciantur.*

436. S. Occidentalium Religionum Patriarcha *Benedictus* in Regula sua quatuor genera Monachorum distinguit 1. *Cœnobitas*, in communi viventes sub Regula & Superiore. 2. *Anachoretas* seu *Eremitas*, qui Monasterii probatione diuturnâ bene instructi, in eremo, sinè consolatione alterius, DEO auxiliante, pugnare sufficiunt. 3. *Sarabaitas*, quasi *Renuentes*, qui nullâ regulâ approbati, certam spiritualis Doctrinæ normam, & SS. Patrum exempla sectari detrectant 4. *Gyrovagos*, qui totâ vita suâ, in diversis provinciis, ternis aut quaternis diebus, per cellas hospi-

spitantur, semper vagi, & nunquam stabiles sunt, propriisque voluptatibus ac gulæ illecebris servientes: qui postea Romæ dicti sunt circumcelliones, Cæni adinstar vagi & profugi super terram: de quorum miserrima conditione melius est (ùt S. Pater *Benedictus* ait) tacere, quàm loqui.

437. De Cœnobitarum exemptione, & subjectione, hactenus vidimus: de *Anachoretis* cum discrimine dicendum est, I. si in communi quodam spatio per cellas tantùm disjuncti sub approbata Regula, & Superiore S. Sedi immediatè subjecto habitantes, tria substantialia vota emiserint, ùt Carthusiani, Camaldulenses, & quibusdam in locis Carmelitæ &c. idem obtinere in his, quæ de aliis Religiosis exemptis hucusque assertum fuit. II. si de aliis solitariis hominibus seorsim ab omni Regulari consortio prope urbes aut vicos, in cellulis ad corrogandam stipem constructis, habitantibus sermo sit, quamvis tales cellæ

muniter non tolerari, sed ad approbatam Religionem remitti deberent: si tamen voto continentiæ saltem obstricti, authoritate Episcopi servitio cujusdam Ecclesiæ, vel oratorii, deputati, habitu Eremitico de manibus Ejus suscepto, in statu Pœnitentium vivant, dubitandum non est, quin subjiciantur Episcopo & Parocho locali, ac privilegio fori Ecclesiastici gaudeant arg. c. *Duo sunt*. 7. XII. q. 1. & gl. in c. *Qui verè*. 12. XVI. q. 1. Non fruuntur tamen, ùt veri Religiosi, privilegio Canonis *Si quis suadente*, cùm nihil de illis quoad hunc effectum in Jure expressum sit: ut proinde eodem, quo 23 *Maji* 1623. Diaconi Selvatici in Regno Neapolitano, jure censendi videantur, de quibus S. Congregatio Cardinalium negotiis regni Neapolitani præpositorum, de Gregorii XV. mandato per vivæ vocis oraculum desuper habito, statuit, & declaravit eos privilegio Canonis non gaudere. III. si denique nullius Ecclesiæ vel oratorii

servi-

servitio, authoritate Prælati cujuscum
Ecclesiastici, deputati, habitum Era
miticum de propria voluntate susce
ptum ad sui libitum deferant, & locus
rum instar sinè Rege, pro arbitrio
vant, cùm ex utero matris eductus
Laici; nec ad ullum Ecclesiasticum vel
pium usum, authoritate Ecclesiæ, seu
Prælati authoritatem habentis, canoni
cè destinati sint, haud potiuntur privi
legio fori, ùt paucis abhinc annis in
Bambergensi ac Herbipolensi Primi
patibus vidimus, ubi duo, propter enor
mia delicta manibus Carnificum rogo
consecrati fuerunt. Quod similiter ex
nendum esse de Tertiariis, nuncupatis
Religiosis S. Francisci, extra claustra
exterorum sæcularium instar, vivent
bus in propriis ædibus de suis artificiis
S. Congregatio Concilii, ad instantiam
Baronis terræ Aprocinæ, Lecernien. Di
œcesis, resolvit, citato Decreto Gene
ralis Concilii Lateranensis: nisi ean

ex consuetudine aliquid Juris in hoc acquisiverint, quæ tunc sit observanda.

CAPUT VIII.

De exemptione clericorum vel sæcularium servientium Religiosis exemptis.

438. Tria requiruntur, ut gaudeant exemptione.

438. UT tales exemptione concessâ Regularibus, quibus inservi-unt, gaudeant, haud sufficit, eos cohabitare quomodolibet cum Religiosis, quo sensu servi, & omnes alii, qui sive in eadem domo, sive alicujus sumptibus & expensis continuò alùntur, Familiarium nomine veniunt c. *In literis*, 24. X. *de Testibus*. & gl. in L. *Præsenti*. 6 §. *Sanè*, 5. C. *de his, qui ad Eccl. confug.* Sed opus est concursu trium requisitorum in Constitutione Gregorii XIII. expressorum, videl. 1. ut monasterii vel domûs Regularis servitio continuo, pro majo-

majore vitæ parte, formiter addicti
2. ut in ipsismet monasteriis, domib
Regularibus, aut prioratibus vivant.
ut constituti sint sub obedientia
rioris Regularis, more ipsorumme
gularium, ita ut vitam quasi Regula
ducant intra septa clausuræ; & non
re Populi cum uxoribus ac familia,
in ambitu, vel recinctu monasterii,
Domûs Regularis existant.

Caput IX.

De confraternitatibus Laicorum in Ecclesiis Regularium.

439. *Regula assistit Diœcesano quoad Congregationes spirituales.*

440. *Requisita pro Confraternitatibus erigendis.*

441. *De authoritate Episcopi necessaria diversis.*

442. *De accessu Confraternitatum ad missas mortuorum.*

443. *Privilegia & consuetudines examinandæ pendantur.*

439. Cùm ad Diœcesanum

talibus, & ad Principem in politicis pertineat, inquirere de Societatibus, Congregationibus, tribubus &c. ne prohibita conventicula, cum præjudicio Catholicæ Religionis, bonorum morum, aut respectivè tranquillitatis Civilis periculo fiant, sive abusus & corrupteiæ inducantur: Diœcesano, quoad congregationes spirituales, assistit Regula, nisi speciale privilegium Apostolicum usu receptum aliud disponat.

440. Clemens VIII. Romæ 24. *Decembris* 1604. pro Confraternitatibus in orbe Christiano ubilibet erigendis sequentia constituit: I. unam tantùm in singulis locis ejusdem nominis vel instituti erigi posse: accedente semper Ordinarii consensu, qui Confraternitatis statuta examinare & approbare debet, eaque continuò facultate eadem moderandi, aut corrigendi. II. non posse promulgari privilegia, indulta, gratias, indulgentias &c. nisi priùs ab ordinariis recognoscantur, & Decreta pro publi-

cationeinterponantur. III. Eleemosy
nas à Confraternitatibus juxta formam
abOrdinario præscriptam collectas
pendendas esse in ornatum Ecclesiarum
quocunque modo ad easdem Confra-
ternitates spectantium, aut alios pios
usus ordinario bene visos. IV. Confe-
sariosRegulares à Confratribus eligen-
dos indigere prævia approbatione tum
Superiorum suorum, tum Episcopa-
calis. V. Confessariis eorum non com-
petere facultatem absolvendi Confratres
à reservatis, vel reservandis S. Sedi Apo-
stolicæ, aut Ordinario loci. VI. Litte-
ras institutionis, seu aggregationis Con-
gratis omnino ac nullâ prorsus mercede
expediendas. VII. Imponit graves pœ-
nas violantibus hanc suam Constitu-
nem.

441. Illud quoque prætereundum
nō est, quòd Confratres in Oratoriis suis
Ecclesiis suis pro 40. horis absque Se-
centia Episcopi Evchariſtiam exponere
nequeant, ùt S. Congregatio Regu-
lum

um 20. *Augusti* 1601. apud Gavantum resolvit: imò nec eam ibidem conservare, juxta eandem 21. *Martii* 1594. multò minùs Congregationem in Ecclesiis monialium erigere, teste eodem Gavanto. Quoad processiones verò sicut ad publicas authoritate Episcopi instituendas invitari possunt, & accedere debent; ita prohibendi non sunt à faciendis propriis, in diebus festis earundem Confraternitatum, dummodo non extendantur per vias; sed circa muros Religiosorum ducantur, Apostolico privilegio & inveteratâ consuetudine fundatis: pro talibus enim aliàs expressâ Episcopi licentiâ opus est; quemadmodum etiam si Capellani Confraternitatum solemniter in earundem Ecclesiis celebrare, Confessiones audire, sepelire mortuos, & alia his similia peragere velint, de quibus videri potest Augustinus Barbosa in *Collect. Bullar.* quilidem in *Collectaneis Doctorum ad S. C. Trident. sess. 22. Refor. c. 8. n. 24.* refert à

5. Congregatione Regularium alig
ties, præcipuè in *Ostiensi* 2. Octobris
decisum fuisse, quòd Confrater
Laicorum in Ecclesiis Regular
emptorum institutæ subsint juris
ni ac visitationi Episcopi, etiam
Capellas, in iis, quæ respicium
fraternitatum administration
tantùm, quæ sunt sub immedia
ctione Regum, exceptis.

442. De accessu Confrater
ad Mortuorum exequias duo à S
gregatione Rituum esse decisa
dem Barbosa *de off. & pot. Par*
c. 26. *n.* 61. I in *Bononiensi* 9. D
bris 1617. illas eò accedere non
nisi specialiter & expresè vocat
In *Andrien si* 22. Novembris is
crucem ab iisdem erigi non pos
do vocatæ Cadaver associantes
liter illis à S. Sede vel Episcop
dultum sit, prout B. Pius V. A. C
idipsum Confraternitati Rosar

ad processiones, aut associanda cadavera defunctorum accedit, concessit.

443. Cùm igitur in his & similibus privilegia & Consuetudines considerari potissimùm debeant, dummodo non sint abusus, aut corruptelæ particulares magis ex negligentia prædecessorum Episcoporum natæ, quàm quòd sint veræ & legitimæ consuetudines generales hujus vel illius Diœcesis: incumbit Episcopo, ut, quoties casus tulerit, omnia diligenter examinet, nec nimis justus sive exactus sit in manutenendis etiam minutissimis; ac neutra pars factiosè totum sibi vendicare, & omnia alteri parti detrectare intendat.

Caput X.
De Immunitate locali.

444. *De Iure Asylorum veteris Testamenti.*
445. *In Lege nova major est immunitas Ecclesiarum.*
446. *Effectus immunitatis localis.*
447. *Constitutio Gregorii XIV. sustulit omnem materiam inutiliter disputandi.*

448. *Scelerati non sunt per immunitatem* [illegible] *calem fovendi; nec ad perpetranda crim* [illegible] *invitandi.*

449. *In ambiguis decernendum ab Epis* [illegible] *contra facinorosos.*

450. *Numerus septenarius criminum ex* [illegible] *ptorum non gaudentium immunitate.*

451. *Canonicæ sanctiones hac in parte no* [illegible] *patiuntur restrictionem à iure profanor* [illegible] *quidquid contra illas attentatur à quo* [illegible] *libet, sacrilegum ac nullum est.*

452. *An Episcopus stare debeat præsc* [illegible] *Laicos fabricato?*

453. *Quæ loca tribuant immunitatem?*

444. Cùm immunitas localis, ad [illegible] mitationem veterum Civ [illegible] tatum refugii, in Lege nova introdu [illegible] sit: præmittere juvat, hæc urbium [illegible] quondam ad innocentium tutelam [illegible] taxat constituta fuisse; unde recipi [illegible] ante portam ejusmodi civitatis, [illegible] 20. v. 4. coram Senioribus prodire [illegible] debuit priùs insontem, quàm ei [illegible] ad habitandum concessus fuerit, tam [illegible] solùm tuto futuro, donec causa cog [illegible]

lis ad finem perducta fuisset. Quapropter si homicidii voluntariè, non ignoranter, nec casu, nec adsui tutelam, commissi, ab Interfecti cognatis eum convinci contigerat, extra Civitatem refugii, unde ad locum delicti procedere debuit, statim occisus fuit. Quod juris etiam competiisse Tabernaculo & Altari, non obscurè ex illo *Exodi 21. v. 14. de Altari meo evelles eum* &c. & 3. *Reg.* 2. v. 28. colligitur: sique res ad amussim perpendatur, Jus Asyli Judæorum ultra homicidas involuntarios nequaquam protensum fuit, ne facilè quodquam delictum remaneret impune.

445. Quamvis autem Ecclesia post Christi adventum non minor, quàm Synagoga olim, Justitiæ cultrix sit: è materno tamen sinu suo alios etiam, quàm involuntarios homicidas, confugientes ad DEI domum evelli, Arcamque communis refugii expugnari non sinit, edocta à Christo, qui pro impiis mortuus, recurrentibus ad se aditum misericor-

sordiæ, ùt eleganter S. Augustinus
5. *de dedic. Eccl.* loquitur, claudi
permittit, quin arguenda sit crimi
cùm non planè receptos ab omni
factione pro commisso facinore
sed à morte tantùm pœnisque
afflictivis maternâ pietate
Reum 9. c. *Id constituimus*, 36. XII.
4. ita exigente insuper Divini
majestate, ut Ejus ædes ac templa
mni violatione tuta existant. Quæ
tem ex hac immunitate subinde
tur in commoda, non intendun
Matre Ecclesia; sed ab hominum
tia provenit, qui si quando pœnæ
licto conformem evitant, plurimum
men prostant periculis, nec nisi re
posit â tutò inde unquam egredi
nonnunquam, pro qualitate crimi
etiam inviti è locis immunibus
possunt.

446. Effectus immunitatis
ad Ecclesias & cæmiteria
um ferè triplex est: 1. quòd inde

terquam in criminibus exceptis, per vim extrahi nequeant c. *Definivit.* 35. XVII. q. 4 L. *Præsenti.* 6. C. *de his, qui ad Eccl. confug.* & notanter c. *Inter alia.* 6. X. *de immun. Eccl.* ex cujus verbis: *Confugiens ad Ecclesiam*: Oldradus, Archidiaconus, Covarruvias, Ludovicus ab Exea, & alii DD. meritò colligunt, ereptis per Ecclesiam aut cæmiterium ductis, utpote non existentibus in libertate confugiendi, hanc immunitatem nequaquam proficere; sicut nec illis prodest, qui sponte vel lictorum aliorumvé blanditiis tantùm moti, securitate non promissâ, Ecclesiam deserunt. 2. quòd interim, dum Reus moratur in loco sacri Asyli, ferri nequeat adversùs eum sententia ad mortem vel aliam gravem pœnam Corporalem seu cum effusione sanguinis cit. c. *Inter alia.* ubi Innocentius, Hostiensis Joannes Andreas &c. sed *super hoc, quod iniquè fecit, alias sit puniendus*, scil. per pœnam exilii, condemnationem ad opus publi-

cum, mulctam &c. & pro damno dato offensa, vel injuria, legitimè componat: ac prius quidem non nisi de voluntate Diœcesani Episcopi, qui Reum sæculari Judici tradet, exacto juramento, similíve cautione immunitatis à pœna mortis & omni Corporali sanguinis effusiva. 3. Quòd prohiberi non possit, ne victus ac vestitus necessarius ad Reum deferatur c. *sicut antiquitas*, 6. c. *Mirror*. 8. c. *Frater*. 10. XVII. q. 4. & cæ. L. *Præsenti* quæ tales vocat crimine læsæ Majestatis irretitos: ita tamen, ut Prælati, vel Regulares, ad quos confugerit Reus, meminerint, se non extra gravem culpam esse, si talem in totum subducere nitantur, cum læsione justitiæ publicæ ac privatæ.

447. Quoniam verò res hæc odia pluribus controversiis patuit, Gregorius XIV. omnem inutiliter disputandi materiam constit. *Cùm aliàs nonnullis*, 5. *Calen. Iunii*, 1591. conditâ: è medio destulit, Episcopo locali constituto legitimo

tino defensore, ac Judice competente in hac materia privativè adversùs quemlibet alium Judicem & Prælatum quantumvis exemptum ac privilegiatum intra suam Diœcesin: ut proinde superior Regularis Reum, à Judice laico petitum, eidem consignare teneatur, exhibito Episcopi mandato de Reo extrahendo: quin se ullatenus ingerat in judicando, vel aliis actibus juridicis, nisi defendendo solùm, donec illi de Episcopi voluntate constiterit, immunitatem: testantibus id pluribus in utraque Diœcesi exemplis, & novissimè quodam Neostadii ad Salam 20. Aprilis 1680. Id quod etiam procedit in vicino territorio separato cum qualitate *nullius*, ita ut nullæ sint hac in re partes Prælati plenâ licèt jurisdictione pallentis; sed vicinioris Episcopi tantùm, qui ne Metropolitano quidem quoadhoc subjacet, sed immediatè S. Congregationi Immunitatis.

448. Quantum porrò ad rem ipsam,

considerabit Episcopus, Ecclesiam non
hìc iniquam criminum & criminoso-
rum advocatam; sed piam matrem dun-
taxat agere, providendo inprimis, ne
post patratas E. G. cædes, adversa par-
tis animi libidine vindictæ perculsi, in-
petu potiùs, quàm consilio, ad perni-
ciosos ausus descendant, subsessuri o-
mnino, locumque daturi Justitiæ, ut
res omnis per viam Juris authoritate pu-
blicâ dispescatur. Alterum est deinde
quòd ita DEI domum ab omni iniqua
vindicet, ac vindicatam ab Episcopo ve-
lit, quin tamen cum expressa Juris na-
turalis ac Divini contumelia, aditum ad
delicta securiùs patranda recludat, so-
leratosque ipsos per speciale patrocin-
um in casibus dubiis, & extensionem
casus etiam exceptos, cum gravi utrius-
que Reip. nocumento, ad nova ac pe-
ra delicta quasi invitet.

449. Ubi absit, ut Episcopis, vel Ep-
piscoporum Consiliariis author sim
recedendum ab iis, quæ per SS. Ca-

nes & Apostolicas constitutiones expressè sancita; nec unquam sinè cœlesti saltem ultione (quale quid Gregorius Turonensis circa A. C. 588. accidisse frequentiùs memorat) violata fuerunt. De casibus tantùm exceptis, & ambigu-is ac interpretatione egentibus loquor, & in similibus bono publico ipsíque Justitiæ potiùs, quàm facinorosorum hominum impunitati favendum assevero, maximè ex quo numerus Ecclesiarum ac domuum Regularium talis ac tantus est, ut cogitare quisque facilè possit plerasque scelera transitura impunè. Unde si quando laicalis potestas, juxta Gregorianæ Constitutionis præscriptum, licentiam extrahendi Reum criminis excepti petierit; vel super ipsius delicti qualitate dubium aliquod natum fuerit; Episcopus contra facinorosum decernet; aut, si diuturniore casûs examine opus sit, Reum interim vel in suis, vel in laicæ potestatis carceribus nomine suo, vel in Ecclesia ipsamet, circumpositâ

militar

militari custodiâ, firmiter teneri jube-
bit, donec causâ cognitâ judicium de
extractione feratur: quo secuto, dabi-
tur potestas laicis, cum interventu per-
sonæ Ecclesiasticæ ab Episcopo auto-
ritatem habentis, Reum capiendi, ex-
trahendi, incarcerandi &c. quisque ex-
tractus pœnâ correspondente delicto
affici poterit, non obstante c. *si vobis*
28. XXIII. q. 8. ubi tantùm de interces-
sione Episcoporum vel aliorum Eccle-
siæ ministrorum, pro Reis damnatis
pud Principes aut Judices laicos agitur
cujus moris vestigia apud S. Augusti-
num *epist.* 54. imò & in Codice Theo-
odosiano pluribus in locis supersunt.

450. Difficultas est circa numerum
ac probationem criminum excep-
rum, & numerus quidem ex Eccle-
co Jure debet desumi, primò quidem
ex c. *Inter alia* cit. ⚒. *de Immunitate*
ubi *duo casus* excepti referuntur, vide-
si publicus latro fuerit, vel nocturnus
pulator agrorum. Dicitur autem p

tus latro, qui palàm & publicè furatur, ut piratæ, aut itinera frequentat, vel publicas vias obsidet, ac itinerantes ex insidiis aggreditur cit. Constit *cùm aliàs nonnulli. §.3.* unde cæteri simplices fures gaudent hâc immunitate. Per *Nocturnum depopulatorem agrorum*, de quo etiam Gregorius XIV. in *const.* cit. intelligitur, qui de nocte segetes, aut fructus in agris pendentes devastat. *Tertius casus* refertur c. *Pro humani. 1. de homicid. in 6.* & in eadem Constit. Gregorii XIV. ibi: *Aut assassinii* cujus criminis rei fiunt, qui ex alterius mandato, aut pretio conducti, homines incautos occidunt, quales fuêre quidam infideles ex Syria. *Quartum* memorat Gregorius XIV. sub nomine *hæresis*, & habetur etiam in Extra vagantibus Martini IV. & Joannis XXII. quod multò magis in infidelibus, nisi Baptismum sincerè desiderent, obtinet. *Quintò* similiter ab Ecclesiis & cæmeteriis extrahi possunt *læsa Majestatis in personam ipsi-*

ipsiusmet Principis rei. Constit. cit. Sex-
tò Homicida per industriam & insidias
occidens, vel sic occidi mandans proxi-
mum; cui similis est, imò pejor L. *Mar-*
est. 1. *C. de Malef. & Mathem.* qui ho-
minem veneno enecat: & talis *Predic-*
rius homicida vocatur à Gregorio XIV.
Septimò Jure asyli non fruitur, quisquis
in Ecclesia, cæmeterio, scalis, sacrariis,
Atrio, porticu, Campanili, aliisve lo-
cis, quibus aliàs localis immunitas com-
petit, sub spe immunitatis, grave cri-
men committit c. *fin.* ✠. *de immun.*
Eccl. Cùm *in eo, in quo deliquit, pu-*
ri quis debeat; & frustra legis auxilium
invocet, qui deliquit in Legem. De qua
eo ipso præsumptio est Juris & de Jure
quòd quis deliberatè & ex proposito
delictum ibi committat. Hostiensis
c. *Immunitatem.* 10. *n.* 2. *h. t.*

451. Scio plures insuper personas ec-
clesiasticâ hâc immunitate privari de Ju-
re Civili: at quia Canonicæ sanctiones
à Jure profano restringi vel immu-

non possunt, Regula manet, cæteris omnibus jus Asyli concessum esse, qui non commiserunt delicta expresse per Jus sacrum excepta. Unde quod de Civili debitore, Raptoribus Virginum, Adulteris, simplici fure, Effractore Carceris, vel aliis, etiam gràviorum Criminum reis, ad immunia loca confugientibus asseritur à nonnullis, quasi talibus jus Asyli negatum sit, attendi non debet: adeò quidem, ut, quicquid hac in parte contra SS. Canonum dispositionem à Judicibus Laicis attentatum fuerit, sacrilegum ac ipso facto irritum sit, nec tantùm resisti quomodol bet, armis tamen seclusis; verùm etiam ad censuras adversùs illos procedi possit: siqueReus de facto violenter aut dolosè extractus fuerit, eũ protinus restituere, ac quævis damna Reo illata compensare teneantur: non obstante quâcunque consuetudine, qualis omnis ab Urbano VIII. 5. *Iunii* 1641. sublata fuit, si sit præjudicialis libertati ac immunitati

Eccle-

Ecclesiasticæ, quamvis sit immemorabilis, & fama privilegii cum ea concurrat.

452. Nunc de probatione videndum est, *an Episcopus stare debeat processui per laicos formato super crimine excepto?* Ad quod breviter respondetur, declarationē talis criminis judicio Episcopi locali à Gregorio XIV. esse commissam; quæ meliùs fieri non posse videtur, quàm informatione captâ ex processu facto à Judice laico, præsertim si fabricatus fuerit, antequam Reus se recepcerat ad locum immunem: quia non agitur ad condemnandum Reum, in quo casu non probant acta Judicis laici cit. c. *Inter alia* & c. *Etsi Clerici*, 4. X. *de Judic.* sed ad Judicem Ecclesiasticum de qualitate criminis informandum; ubi ad cavendam omnem æquivocationem, observo, in similibus, sicut etiam cùm Clericus à Curia sæculari remittitur simul cum actis ad Judicem Ecclesiasticum, acta ejusmodi deservire ad instructionem,

ctionem, sique Reus testes pro repetitis habere, vel aliàs illis acquiescere velit, procedi posse ad ulteriora, & sic quoque ad sententiam inclusivè: secùs autem, repetenda esse Juris media, dandasque defensiones, ùt Juris.

453 Et ne quid ambiguitatis reliquum maneat: de ipsomet immunitatis Ecclesiasticæ loco, tandem subnecto, per illum intelligi, non tantùm Ecclesias consecratas c. *Ecclesia*. 9. ✠. *h.t.* Sed etiam benedictas, sinè superioris licentia dirutas, si subsit spes reparationis Innocen. in c. *Cùm ex injuncto*. 2 *notab. ultim.* ✠. *de novi oper. nunt.* interdictas vel pollutas, arg. c. *dictum*. 8. *dist*. 81. & Abb. in c. *fin. num*. 6. ✠. *de consecr. Eccl.* Hospitale, & Oratorium publicum Episcopi authoritate constructum Abb. in c. *fin. n*. 4. ✠. *de censib.* cæmeteria c. *cùm Ecclesia*. 5. ubi gl. V. *cæmeteriis*. ✠. *h.t.* quapropter jam olim in cæmeteriis collocatæ erant cruces, quibus septa & ambitus designabantur; *item* Palatium

Epi-

Episcopale c. *Id constituimus.* 36. XVII. q. 4. Atrium, porticum, campanile, tectum, & quicquid ad totam externam fabricam pertinet; aut Ecclesiæ adhæret, ùt claustra, dormitoria &c. c. *Quisquis* 21. XVII. q. 4. & DD. ad c. *si quis contumax.* 20. ibi: *de atrio Ecclesiæ* &c. XVII q. 4. Quod autem olim de extensione immunitatis ad quadraginta, & respectu Capellarum vel minorum Ecclesiarum, ad triginta passus obtinuerat, ob Ecclesiarum frequentiam meritò plerique in locis ab usu recessit.

DECAS X.

De Sanctimonialibus, Canonissis, Tertiariis, & oblatis.

CAPUT I.

De distinctione inter monasteria monialium exempta, & non-exempta.

454. *Sanctimoniales propriè dictæ,* 455.

455. *Qui regunt monasteria non exempta, Episcopo quoad hoc regimen plenè subjiciuntur.*

456. *Quænam pertineant ad Episcopum in exemptis; & de modo discretè tractandi infirmas mulierculas.*

454. SAnctimoniales verè ac propriè illæ dicuntur, quæ cum solemni trium votorum substantialium emissione, prævio integro probationis anno, in ætate per SS. Canones requisita, per spirituale Matrimonium CHRISTO specialiter desponsatæ sunt: eæque non minùs, ac viri Regulares, vel sub omnimoda jurisdictione Ordinarii constitutæ sunt; vel ex Apostolicis privilegiis ab eadem exemptæ.

455. Monasteria non-exempta, si eandem cum viris in eodem locodegentibus regulam habeant, plerumq; commissa sunt regimini spirituali eorundem, vel aliorum Regularium, qui in rebus hanc administrationem concernentibus æquè, ac Regulares curam animarum ex-

exercentes, vel sacramenta Clero & Populo administrantes, ipsi Ordinario subjiciuntur.

456. In exemptis cura plerarumque rerum pertinet ad Prælatum Regularem, præter visitationem, custodiam clausuræ, approbationem Confessariorum, interventum & præsidium in electione Abbatissæ vel superioris, admissionem educandarum, explorationem voluntatis aspirantium ad habitum & professionem &c. quæ omnia à S. C. Trid. & diversis Pontificibus specialiter Episcopali providentiæ tantò laudabiliùs acutiliùs demandata sunt, quò prudentiùs atque discretiùs tractandæ sunt incarceratæ imbelles mulierculæ, quarum pudor ac congenitus timor nimio rigore ferendo non est; & mutabilitas è contra speciali freno & vigilantiâ opus habet.

Can

Caput II.

De iis, quæ concernunt Abbatissam.

457. *Sylloge considerandorum in Abbatissa, seu qualibet Præfecta Religiosa.*
458. *Electio ubi & coram quo facienda.*
459. *De concordia & discordia in votis.*
460. *Ætas & qualitates eligendæ.*
461. *Confirmatio Electionis.*
462. *Abbatissæ perpetuæ benedicipiendumque solent.*
463. *Egressus, & benedictio Electæ.*
464. *Multiplex velum Religiosarum.*
465. *Oblatio intortitiorum.*
466. *Refectio sacramentalis, & Inthronizatio Abbatissæ.*
467. *Reditus Abbatissæ intra Clausuram.*
468. *Quid & quantum possit Abbatissa in spiritualibus?*
469. *De rerum spiritualium administratione.*
470. *Obligatio Abbatissæ ad Clausuram: ubi de egressu ad præstandum Principi sæculari homagium.*

457. Circa electionem & personam Abbatissæ, Priorissæ, vel alte-

alterius cujuscunque superioris Religiosæ, plura sunt consideranda. 1. electio, confirmatio, siqúe dignitate Abbatiali fulgeat, ejusdem benedictio. 2. ætas & status. 3. Regimen. 4. an si monasterium feudum habeat à Domino temporali, exire possit è clausura ad præstandum homagium?

458. Electio fieri debet per vota secreta collecta ab ipsomet Episcopo, vel Ejus Commissario, cum interventu probatarum aliquot personarum ejusdem ordinis, vel aliarum, ante cancellorum fenestrellam S. Communioni destinatam, nisi vel justus subornationis timor sit, vel votum infirmæ eò descendere non valentis sit exquirendum. Si cubi verò Superior Regularis eligentium exemptarum vota, vidente & audiente Episcopo, vel Ejusdem substituto, excipiat, S. Congregatio Concilii 10. *Septembris* 1639. huic usui standum esse declaravit, dummodo Regulares Episcopo vel Ejusdem Vicario, interim

ac

æpræsidere volenti diem electionis Abbatissæ opportunè denuntient, eumque ad præfinitum usque tempus expectent: quod cùm hìc nuper à P. Alberto Spoenlein dignissimo Priore Dominicanorum in electione novæ Priorissæ Conventûs S. Marci intermissum fuisset, per litteras Reversales contestari is debuit obligationem suam, & spondere meliorem deinceps sui muneris in monenda & expectanda Celsitudine sua, vel Ejusdem Commissariis, observationem. 10. April. 1680. Cui Juri Celsitudo sua Bambergæ similiter jussit insisti.

459. Quantum ad ipsa vota, per duas tertias partes suffragiorum, concludenda est electio, ita ut deficiente vel uno, toties juxta determinationem Episcopi, vel, hoc nullatenus comparente, alterius superioris, iteranda sint diversis temporibus scrutinia, donec concordent. At si eo tempore lapso non conveniant in eligenda, devolvitur ad Episcopum facultas magis idoneam

pro arbitrio suo deputandi S. Cong. in una *Cremonensi* 12. *Octobris* 1592. apud Piasecium.

460. Quoad eligendæ ætatem & alias qualitates, certum est primò, regulariter in eligenda Abbatissa vel Priorissa annos quadraginta ætatis, ac octo professionis S. C. Trid. *sess.* 25. *de Regular. c.* 7. qualis si non reperiatur, triginta saltem annos ætatis, & quinque professionis completè requiri c. *Indemnitatibus* 43. *de elect. in* 6. ita ut nulla minoris ætatis eligi possit; sed postulanda sit à S. sede Apostolica: nisi monasterium recenter erectum esset, nec aliqua ejusdem ordinis inveniretur in tota provincia pollens tantâ ætate & cæteris qualitatibus à S. C. Trid. requisitis: inter quas eminet ea, quòd à pluribus annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Tertiò desideratur in eligenda judicii maturitas, prudentia, ac discretio, quanta haberi in fœmineo sexu potest. Quartò excluduntur ab Abbatissatu

fatu illegitimo thoro natæ, seclusâ dispensatione gl. in *cit. c. Indemnitatibus* §. *sane*, ver. *Canonica*. & plerique Canonistæ: nisi Religiones à S. sede Apostolica singulare privilegium præhabeant dispensandi cum monialibus sibi subjectis, ut etiam illegitimæ, non obstante defectu natalium, eligi possint Abbatissæ, quale jactant Generales ac Provinciales omnium mendicantium apud Emmanuelem Rodriquez.

461. Electio Canonicè facta confirmari debet à superiore immediato, videl. à S. Pontifice, si monasterium sanctæ Sedi immediatè subjectum sit; ab Episcopo loci, si huic immediatè subsit, vel à superiore Regulari, si monasterium illud sit ejusdem ordinis & exemptum, quin Episcopus, etiam post Constit. *Inscrutabili*. ultra interventum & præsidium, jus aliquod confirmandi electionem Abbatissæ exemptæ sibi arrogare ullatenus valeat, ùt S. Congregatio in Resp. *ad dubium*. 5. in calce ejus-

dem constitutionis positum declara
Et hæc confirmatio non habet cer
formam à Jure præstitutam; ac quo
dolibet fieri potest, sive per viva
cem, sive per scripturam: dum
declaretur animus Confirmantis de
bita causæ cognitio præmittatur.

462. Quæ perpetuæ sunt in
post confirmationem obtentam,
dici plerumque solent sub Missa
celebranda de die cum collectapro
cta sub uno *per Dominum* dicendo
oratione diei: à quibus proinde
dum est intra annum apud Epis
pro benedictione, nisi subsit
tionabilis, sub pœna amissionis
ris ac juris acquisiti. Clemen.
dentes. 2. §. *statuimus. Destus*
chor.

463. Electâ existente in cho
habitu, proceditur ad missam
Alleluja, si dicitur; vel usque
mum versum *tractûs*, aut *sequen*
clusivè: tuncque Electa à Matre

ociata è monasterio egrediens præsen-
tatur Pontifici, coram quo ante medi-
um Altaris sedente in faldistorio genu-
flexa præstat juramentum fidelitatis, ei-
que porrigit chartam pendente sigillo
suo munitam. Deinde procumbit à si-
nistris Benedicentis ad litanias, in qui-
bus ad verba: *ut hanc præsentem Elec-
tam* &c. bis à Pontifice surgente cum
baculo benedicitur; completisque lita-
niis, super Eadem manente prostrata
dicuntur *Pater noster, versus, & oratio-
nes* juxta Pontificale: quibus absolutis,
Electa surgens, ante Pontificem in ge-
nua se demittit, qui præfationem pro-
sequendo, ad verba: *Propitius infunde*
&c. manus imponit super caput Electæ,
donec eò perveniat: *separetur indigna*,
quibus tunc amotis, finitâque præfatio-
ne, cum 4. orationibus annexis, sedet
acceptâ mitrâ & Abbatissæ coram se ge-
nuflexæ Regulam tradens, ait: *Accipe
Regulam* &c. aut si cubi moris est, ut e-
iam tradatur baculus, sicut Herbipoli

in Monasterio S. Afræ ordinis S. Be
dicti, suo loco, & juxta formam in b
nedictione Abbatum adhiberi solita
eundem Abbatissæ consignat: si qua no
fuit antea velata, ei velum, prout
Pontificali, imponit.

464. Ubi notandum est multiplex
esse velum Monialium, quorum pri
mum *Probationis* seu *Receptionis* dic
tur, quod novitiis à principio datur, d
album esse solet: tametsi Virgines DEO
dicandæ quondam, loco velaminis
pallio fusci coloris caput obtexisse
gantur. Secundum *Professionis*, hodi
passim nigrum, olim etiam purpureu
datur omnibus Religionem solem
profitentibus, tum virginibus, tum
duis. Tertium *consecrationis* specia
cum benedictione solis Virginibus
ponitur. Quartum *Prælationis*, olim Ab
batissis cum certa benedictione dabatur
quanquam hodie ab usu recesserit, qua
fortassis antea non fuissent velatæ, ut
monet Pontificale Romanum,

46

465. His ex ordine peractis, Pontifex procedit ad missam, cui Abbatissa assistit in loco ad partem sibi parato: dictoque offertorio, præcedentibus duobus famulis cum intortitiis accensis, Ipsa associata à duabus Matronis, coram Pontifice sedente in faldistorio ante medium Altaris genuflexa, offert Ei duo intortitia, præbitoque Pontificis ea recipientis manui osculo, ad locum sibi assignatum regreditur: Pontifex verò, lotis ac tersis manibus, prosequitur missam, in qua sub uno *per Dominum* dicitur secreta pro Electa cum secreta de die.

466. Pontifex de propria manu sacramentaliter refectus, Abbatissæ porrigit Sacram Synaxin; dictisque Postcommunione diei cum alia pro Electa sub uno *per Dominum*; nec non *Ite missa est*, vel *Benedicamus Domino*, mitrâ receptâ inthronizat Abbatissam in sede; tum à dextris Ejus, mitrâ depositâ, con-

versus ad Altare, intonat Hymnum Ambrosianum à Choro prosequendum.

467. Interim Pontifice manente sine mitra apud Sedem, Abbatissa à Matronis associata intra clausuram revertitur, & à Senioribus ante portam excepta perducitur ad Chorum, ubi omnes Religiosas ad amplexum admittit: Pontifice sub finem hymni, sinè mitra dicente versus & orationem; ac tandem resumptis mitrâ ac pedo, impertiente solemnem benedictionem.

468. Circa formam regiminis duo potissimùm occurrunt: 1. *Quid & quantum possit in spiritualibus?* 2. *quaelem habeat rerum temporalium administrationem?* De potestate ordinis nulli unquam Catholico dubium fuit, quia mulieres illius planè sint incapaces. De jurisdictione verò spirituali, absonum & absurdum vocat Innocentius III. c. *Nova.* 10. ✠. *de pœn. & remis.* quòd Abbatissæ Moniales proprias benedicere & publicè prædicare præsumant,

sto, ex domestica, materna, mereque privata potestate quadam monialibus suis quandoque (non tamen cum interminatione censuræ) præcipiant, benedictiones elargiantur, aut propter periculum, quod ex cohabitatione virorum imminere posset, in eadem non servatis ordinariis Juris formulis inquirant, eaumque instructioni privatæ, domesticæ institutioni, ac similibus incumbant; imò & alicubi Presbyteros ad Ecclesias quasdam vacantes præsentent: cùm hæc vel non egrediantur imperii œconomici limites; vel si potestatem aliquam spiritualem involvere videantur, ea solùm *ratione finis & objecti* sit talis, quatenus sub Abbatissæ directione per actus prædictos intenditur Religiosa perfectio & beatitudo æterna; *non autem ratione modi* nec in res spirituales, aut ipsam Ecclesiam, cujus regimen illi concredi non potest, absque Hierarchici Ordinis, in quo mulier, ad subjectionem nata *Gen.* 3. *v.* 16, silere jubetur

tur 1. *Corin.* 14. *v.* 34. inversione
Qua de re plura vide, si libet, in *Pacifi-*
cis Cogitationibus meis super reducendâ
unitate Religionis in Germania. Quæst.
12. *n.* 152. Sicubi verò specialiter
prærogativis Abbatissæ cuipiam re-
compulsiva in Clericos à S. Sede con-
cessa videtur, illa tamen à domestica
materna, qualem *Joan.* 19. v. 2.
CHRISTUS B. M. Virgini in S. Jo-
annem Evangelistam indulserat, mi-
me differt; nec ad censuras aut pu-
ca judicia consurgere potest; sed
Materna & œconomica authori-
consistit, cui similem retinent ei-
Matres in filios suos Clericali licet
adscriptos. Unde quod de Jure A-
batissarum, post confirmationem, ad-
ferendi beneficia, & instituendi Cle-
cos in Capellis ex c. *Dilecta.* 12. *in*
major. & obed. dicitur, intelligi-
non est de institutione authori-
per quam datur potestas exercen-
ram animarum, quæ nec actu, nec

tu mulieribus ejusmodi potestatis prorsus incapacibus competit; sed de ea, quæ dat titulum & possessionem, ùt Sylvester *in summa* declarat.

469. Circa rerum temporalium administrationem, singulorum ordinum Regula, & consuetudo, præcipuè debet attendi: quibus circumscriptis, seu nihil speciale disponentibus, Authores & Glossa ad cit. c. *Dilecta*. conveniunt, Abbatissam habere liberam administrationem rerum sui Monasterii, adinstar Abbatum, in iis, quæ sexui & sacris Canonibus nequaquam repugnant.

470. Undè cùm quoad remansionem strictam intra clausuram non minùs Abbatissæ, quàm cæterarum monialium libertas arctetur, nullo ex capite, etiam sub prætextu administrationis, egredi poterit, nisi concurrentibus justâ causâ, & legitimâ licentiâ; ac speciatim, si personaliter ab Ipsa præstandum esset homagium Principi sæculari, quo casu c. *Periculoso* 1. *de statu Regu-*

lar. in 6. ei permittitur, ùt, de præscit. & licentia Episcopi loci, cum honest. & decente societate, duarum vel plurium scil. de antiquis monialibus, & Capellani, exire possit, homagio facto, quamprimùm commodè poterit, ad ipsum monasterium è vestigio reversura: ne quid ullatenus committatur in fraudem moræ Claustralis. Quæ constitutio expressè innovata fuit à S. Con. Tridentino *ses. 25. de Regularib. c. 5.* ... à B. Pio V. per Constit. *Decori* ... fuisse videtur, ob commune bonum monialium, ne, ob dicti juramenti præteritionem, feudum amittant.

Caput III.

De educandis, seu Convictoribus Religiosarum: ubi de Ursulinarum Instituto.

471. *Fructus educationis puellarum ... Religiosas.*

472 *Conditiones pro educandis prescriptas instantiam Episcopi Hieracensis.*

473. *Constitutiones & Praxis Ursulinarum quoad educandas.*

474. *An cogi possint Puellæ ad ingressum monasteriorum pro sola educatione?*

475. *De iis, quæ educantur in Conventibus exemptarum, quoad censuras Episcopales.*

476. *Quid faciendum cum educanda, quæ in eodem Conventu ad habitum Religionis aspirat?*

471. DE fructu talis educationis puellarum nulli dubium esse potest, cùm extra seductionis imbelli huic sexui nimium quantum vicinæ periculum, solidâ pietate, bonis moribus, ac honestis exercitiis imbuantur. Quæritur hìc tantùm an & quâ ætate ad monasteria monialium, educationis gratiâ, recipi; & quamdiu retineri ibidem possint, stante decreto S. Concilii Trid. justam causam, & licentiam debitam requirentis?

472. Dubium hoc ad instantiam Episcopi Hieracensis resolutum fuisse à S. Congregatione 1. *Augusti* 1575. refert Peyrinus, non obstante motu proprio

prio Sixti V. 5. *Ianuarij* 1589. edito, qui solùm intelligendus est contra præ- sumentes ingredi clausuram ejusmodi conventuum, vel ibidem vivere, non observatis conditionibus à S. Congregatione in responso ad interrogationem præfati Hieracensis Episcopi expressis, quæ sunt apud Barbosam, Donatum, & alios Compilatores:

I. Ut Monasterium consueverit recipere tales puellas. II. ut non sit supra numerum præfixum. III. ut præcedat consensus Superioris & omnium Monialium singulariter præstitus. IV. ut vestitu honesto & Virginibus convenienteutantur. V. ut ancillas non cum non adducant. VI. ut exiliant in loco separato à dormitorio Monialium, & à loco, in quo Moniales operibus manuum vacare solent. VII. ut è Monasterio non egrediantur, & semel egressæ nequeant iterum admitti nisi vel Moniales fieri velint; vel obtentâ licentiâ utendi thermis pro-

cuperanda valetudine, rectâ à balneis ad conventum se recipiant cum intentione observandi Conditiones à S. Congregatione præscriptas. VIII. ut quolibet semestri solvatur conventui anticipata portio pro alimentis, constitutâ pro tali solutione idoneâ securitate IX. ut puella recipienda non sit minor septennio, nec major annis viginti quinque: quibus expletis Episcopus loci præfigere debet puellæ terminum ad egrediendum de monasterio, vel ad suscipiendum habitum Regularem.

473. Ursulinæ tamen nostræ Metis summo cum juventutis Virgineæ commodo in has partes advectæ, juxta præclarissimum Institutum suum Anno hujus sæculi undecimo à Paulo V. in statum Religiosum per Bullam expressam erectum, & approbatum, per viam nonnihil diversam ad finem eundem contendunt I. Non habent constitutum certum numerum Convictricum; sed is dependet ab angustia vel latitudine loci,

loci, in quem suscipiendæ; & à numero personarum capacium, quæ sufficiant plurium vel pauciorum institutioni. II. Non admittuntur nisi patribus legitimis natæ, quæ simul etiam sint bonæ famæ: præsentandæ à personis notis, & fide dignis, quæ caucionem pro ipsis præstent quoad subministrationem quorumlibet necessariorum in omni eventu. III. Secundùm Constitutiones suscipiuntur ab ætatis anno 6. usque ad 15. exclusivè. Quoque autem ætatis anno in Constitutionibus concesso admissæ manere etiam possunt juxta easdem usque ad annum ætatis 18. inclusivè. IV. Vestitus ex voluntate parentum, sed modesto suo quæque statui convenienter, non adhibito vanitatis luxu; in quo genere pro Regula est modestiorum exemplum. V. Ancillæ nullæ admittuntur. VI. Separatæ vivunt à Religiosis, nec ingrediuntur earum Dormitorium, Capitulum, Refectorium, Cu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munitatem, Novitiatum, aut alia loca Monasterii sinè expressa licentia Superiorissæ. VII. Possunt exire ad Patrem vel Matrem, vel ad eos, quos parentum loco habent, visitationis gratiâ, si de longè & rarò adveniant; item si parvulas ex baptismo suscipere debeant; tum si ipsarum Consanguineæ vel Religionis habitum suscipiant, vel professionem emittant alio in loco, aut casus aliquis extraordinarius tam gravis detur, in quo exitus à Superiorissa rationabiliter negari non possit. VIII. Pernoctare extra Monasterium in eadem urbe non licet per Constitutiones, nisi in casu vel mortis, vel gravissimi morbi parentum, aut Curatorum suorum. IX. Quando Convictrix sentit se vocari ad statum religiosum (ad quem inducere religiosis severè prohibitum) aperit mentem Magistræ, à qua examinatur circa difficultates in religioso statu subeundas; & remittitur ad Magistram Generalem, à qua accuratiùs rursum exami-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

xaminata, si prudenter respondet, remittitur ad Superiorissam, cui si etiam satisfecerit, datur tempus deliberationis, & injunguntur ad perfectè cognoscendam DEI voluntatem quædam opera pietatis; si denique adhibitis omnibus diligentiis cognoscuntur veræ vocationis signa, datur licentia Convictrici postulanti, aperiendi mentem suam parentibus, quorum est eam examinare omnibus modis, quibus voluerint, etiam revocando domum, si visum fuerit. Quod si & ipsi suæ filiæ electionem liberam relinquant, hæcque statum Religiosum eligat, determinatur tempus ingrediendi Novitiatum in habitu sæculari, idque de licentia Ordinarii (cui Religiosæ hujus Congregationis omnino subjectæ sunt) statuitur dies, examinatur per Ordinarium velasum à se deputatum postulans, habilis inventa judicatur admittenda, determinatur dies suscipiendi habitum, quo facto Novitiatus durat per biennium, eoque ex-

pso , iterum rigidissimè examinatur à Superiore seu Ordinario, aut ejusdem Commissario, tandem professionem emittit, si reperta fuerit digna, constans, & omnibus scitu necessariis probè instructa. X. Convictrices ægrotæ eodem planè modo tractantur, quo Religiosæ in infirmaria particulari, nisi præstet eas remittere parentibus. XI. Docentur primò omnia christianæ pietatis exercitia pro cujusque capacitate aut indigentia: Deinde quidquid parentes præcipuè cupiunt ut discant, scilicet legere, scribere, filo, lanâ, serico varia opera conficere; item auro & argento. Communiora quoque urbanitatis principia traduntur; Modus etiam calculis vel numeris utendi, ordine jam dicto, vel alio, si videtur magis congruus: primo tamen loco semper Pietati tributo. XII Solutio victûs tot modis fit, quot placet parentibus. Pretium victûs non potest esse idem ubique, sed constituitur à superioribus. XIII. In præ-

præcedentia ſervatur ordo nobilitatis, præcedunt Comitiſſæ, ſequuntur Baroniſſæ, poſteà nobiles, denique aliæ, inter plures ejusdem nobilitatis vel dignitatis, ita ut, quæ prima venerit, aliam præcedat. XIV. Filiæ hereditariæ (utpote plerumque boni communis impeditivæ) vix ſuſcipiuntur, nisi ex juſſu expreſſo Ordinarii; & cum neceſſariis cautelis, ne quando aliis, quàm quibus oportet, reſtituantur; aut procorum infidiis, aliisve ſiniſtris accidentibus exponantur. XV. In Monaſteriis regulariter ædificatis communiter non ſunt, exiſtunt in una Claſſe ultra Viginti, in uno cubili non ultra decem: in aliis Monaſteriis pro commoditate loci. XVI. Diebus feſtis & Dominicis inter ſunt officiis Divinis ordinariis; deſignatur etiam aliquod tempus commodum piæ lectioni vel colloquio ſpirituali, aut ſimili pietatis exercitio quando habetur concio, omnes interſunt, reliquo tempore vacatur à ſeriis. XVII. Septem-

pue-

ptimanis ante primam communionem eliguntur ad eam faciendam destinandæ, sex septimanis continuis instruuntur singulis diebus per lectionem Catecheticam, quæ durat per horam, primis quatuor septimanis traduntur quatuor partes doctrinæ Christianæ scilicet de fide, spe, charitate, & sacramentis, maximè verò de pœnitentia & Eucharistia. His quatuor septimanis elapsis, à Confessario vel Directore examinantur; sufficienter instructæ & capaces admittuntur; aliæ differuntur. Duâbus septimanis immediatis ante communionem exercentur in actibus pietatis ad proximam dispositionem spectantibus: sicque præparatæ ad Communionem admittuntur. Et talium præparatio solet fieri quinquies in anno, scilicet in festo Nativitatis, Resurrectionis, Pentecostes, assumptionis B. M. V. & omnium sanctorum. XVIII. Constitutiones præscribunt S. communionem semel vel intra quatuor septimanas vel intra sex

susci-

fuscipiendam. Sæpiùs communio et
gratia speciali permittitur singularius
indè proficientibus. XIX Dies ma
unt sacrum. XX. Diebus recreationis
Constitutiones permittunt omissionem
lectionis, scriptionis, Catechismi &
aliorum operum scholarium, qua-
men nunquam ex toto omittuntur, ma
ximè à diligentioribus: & colloqui
permittitur inter laborandum dum
recreationis tantùm. XXI Custo
ces nec pecuniam, nec quidquam
penès se habere, accipere, vel alius
aut mittere possunt, absque præfect
permissione Magistræ seu præfectæ
neralis. Loculorum præfectæ vel
saria, ùt vocant, asservat ejusmo
mnia, & de expensis cum licentia
rationem reddit.

474. Porrò circa has educand
rimæ supersunt dispositiones, ad q
singulas breviter respondebimus
qui cogunt puellas ad ingressum
riorum solius educationis gratiâ,

dant in excommunicationem latam à S. C. Trid. *sess.* 25. *de Regul.* c. 15. Resp. negativè: nisi compulsio fiat in ordine ad suscipiendum posteà Religionis habitum, sive ad persuasionem Monialium, sive aliâ quâcunque viâ; & Puella invita ingrediatur: quæ est ratio inductiva Concilii ad prohibendum illum ingressum, qui directè vel indirectè ad assumendum involuntariè Religionis habitum ordinatur.

475. II. *An educanda commorantes in conventibus exemptarum, ligentur censuris à locali Episcopo latis* ? Resp. negativè: quia privilegium exemptionis ad hoc conceditur, ut, quamvis locus materialiter, sive quoad situm, sit in Diœcesi; formaliter tamen, quoad jurisdictionem, extra illam censeatur: deductis casibus, in quibus exemptio non proficit, ne quidem ipsismet personis exemptis.

476. Quid agendum, si educanda ad habitum Religionis in Conventu educa-

ducationis aspiret? Resp. Priusquàm examinetur ab Episcopo, aliquamdiu extra Monasterii septa in domo Parentum, ad finem plenius consulendi libertati ad tale propositum necessariæ, constitui debet, quin reflectatur ad periculum perversionis in reditu ad domum & licentiam sæcularem, quod est mere per accidens, nec adeò propinquum, ut puellas nihil aliud in domo paterna vel amicorum quærentes, quàm honestum libertatis usum, & seriam propositi discussionem, in præsentem ruinam abducat: dum è contrà aliquantillum à Monasterio eductionis recessum urget

libertas necessaria ad perpetui statûs electionem.

Caput IV.

De Virginibus velandis.

477. *Discrimen ab antiquo inter Velationem Virginum, & Viduarum: ubi curiosa, de velo.*

478. *Exploratio voluntatis Puellarum tum ante susceptionem habitûs; tum ante professionem.*

477. VEstem professionis jam ab antiquo specialem fuisse, plura Conciliorum & PP. loca nos docent, etiam in viduis sexagenariis per professionem castitatis ad certum quendam gradum seu statum admissis cum eo tamen discrimine, quod velamen viduarum, consulto quidem Episcopo, at de altari conversationis sacræ, non de illius manu, ab illis plerumque acceptum fuerit; virgines è contrà, in signum castæ desponsationis cum CHRISTO, de manu Episcopi aut Presbyteri, tanquam Vicarii, & nomine CHRISTI,

illud recipiant, singularibusque cæremoniis consecrentur. Cujus veli duæ rationes afferuntur à Patribus, tum quòd non ampliùs liberæ, sed Christo devinctæ censeantur; tum ut tuta sit verecundia, Religiosæque vultus nec videri possit, nec videre: memorantibus Tertulliano & S. Athanasio, quòd nulla major olim Religiosæ Virgini contumelia inferri potuerit, quàm denudatio Capitis, velo abstracto, à quo etiam circò decor omnis abesse continuo debuit, ne ab aspectu pulchrioris velaminis procederetur ad pulchritudinem virginis velatæ rimandam.

478. Hodie, post S. C. Tridentinum, speciali voluntatis puellarum DEO dicandarum exploratione faciendâ ab Episcopo aut Ejus Generali in spiritualibus Vicario, vel alio sumptibus eorum deputando, opus est, qui tam ante susceptionem habitûs, quàm ante professionem, exploret virginis voluntatem. S. C. Trident. *sess.* 25. *Regular.* c. 17.

cratem ferream ; vel ex justa causa (si nimirum adesset suspicio subornationis) in Ecclesia exteriore: *an coacta, vel seducta sit? an sciat, quid agat? an modus vivendi claustraliter, illi sufficienter expositus fuerit? an substantialia sui ordinis noverit? maximè circa votum paupertatis* &c. aliis quæstionibus ad hoc examen non pertinentibus ita remotis, ut puellæ ne quidem ad eas respondere teneantur. Causam hujus Decreti Conciliaris refert Michaël Medina, qui Decreto huic interfuit, attentissimisque auribus suffragia omnium Episcoporum accepit, quòd puellæ sæpiùs habitum invitæ suscipiant: & ob pudorem, eo semel assumpto, regredi vereantur: aliæ verò tametsi Religionem liberè subeant, visis tamen austeritatibus ordinis, vel ob alia motiva desiderantes egredi, non rarò timore parentum vel cognatorum, profiteantur invitæ, nisi Episcopus, vel alius Ejus nomine libertatem ac desiderium talis puellæ exploret.

479 Episcopus censuris Ecclesiasti-
cis, videl. suspensione ab officio, com-
pellere potest Præfectam Monasterii, ...
uno ante Professionem mense cen...
rem se faciat: cujus rei notitiâ habi...
Episcopus, vel Ejus Commissarius, in-
tra viginti quinque dies Professoræ vo-
luntatem explorare tenetur: quibus e-
lapsis non ampliùs est admittendus, ...
ta decisionem S. Congregationis ...
Tamburinum *de Jure Abbatis* ...
minùs anticipare potest hoc examen, ...
instantiam illius, qui eam in uxorem ...
perit; sed expectabit tempus à S. C. Tri-
dentino præfixum.

480. Si voluntatem explorans, Pro-
lam non satis constantem reperiat, ...
minum viginti circiter dierum ei ...
figet, intra quem Ipsa maturè ...
liberet, an votis substantialibus ...
ordinem se perpetuò obstringere ...
quæ si renuerit, ad domum Pa...
vel Consanguineorum, aut Affi...
remittenda est, ùt Campanilis in ...

Iur. Canon. refert decisum. Cui tunc restituenda sunt omnia, quæ tempore ingressûs in monasterium secum detulerat, ne vel minimo à Religiosis retento.

Caput V.

De Confessariis Ordinariis, & Extraordinariis Religiosarum.

481. *Beneficium libertatis in electione Confessariorum*

482. *De Confessariis Ordinariis & Extraordinariis*

483. *Omnes confiteri tenentur ordinario Confessario; Extraordinario verò præsentare se saltem pro sacerdotali benedictione*

484. *Quomodo puniendi sint tales Confessarii, si delinquant; quoties mutandi; & quid observandum in constitutione ac approbatione Confessariorum tempore Iubilei?*

485. *De Confessario infirmæ.*

481. PRæcipua Episcopalis sollicitudinis pars est, ut Episcopus de Confessariis undequaque bonis pro-

ſpiciat ovibus ſibi commiſſis. Quamvis autem officium hoc olim Parochis tantùm concreditum fuerit: ſucceſſutemporis tamen, auctâ fidelium multitudine, & ut pleniùs conſuleretur libertati atque pudori fidelium, laudabiliter introductus fuit uſus, ultra Parochos, deputandi plures Confeſſarios, adhibendique ſpeciatim, dependenter tamen ab approbatione & authoritate ordinarii, Regulares, quorum plerique extranei ſunt, ac ſæpe mutantur de loco in locum, unde majore cum fiducia accedunt, præſertim à mulieribus ex naturali quadam imbecillitate timidis ac verecundis ſingularique directione egentibus, quæ cauſa fuit, quòd etiam in adminiſtratione hujus Sacramenti Pœnitentiæ facienda Sanctimonialibus quantumvis exemptis, S. Sedes Apoſtolica nonnemquenquam privilegiis quibuscunque ſignem ingerere ſe absque approbatione & deputatione Epiſcopi Dioceſani exploraturi diligenter in examine ſuo

cialiter instituendo, an discretione, moribus, ætate, doctrinâ, charitate, ac prudentiâ verè talis sit, cui opus tam arduum possit committi.

482. Tametsi verò in Religionibus tanta Confessariorum varietas vulgò nequaquam permissa sit, quanta in sæculo, ubi plebs minùs defœcata est ab humanis respectibus & metu superfluo: quia tamen etiam in Religiosis ejusmodi cœtibus apud inconstans ac volubile mulierum genus quandoque contingere potest, ut insano pavori, infirmitat, aliisque inconsultis angoribus, ac inquietudinibus subjiciantur: saluberrimè provisum fuit à S. C. Tridentino *sess. 25. Regul. c. 10. ut, præter Ordinarium Confessarium, alius Extraordinarius ab Episcopo & aliis superioribus bis aut ter* (in cõmuni, non autem in particulari, ùt declaravit S. Cõgr. 10. *Mart.* 1593.) *in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat*. ita quidem, ut post Constit. *Inscrutabili*. & declarationes, approbante

Urbano VIII. A. C.1623. editas judicium & approbatio à solo Diœcesano Episcopo pendeat; offerrique possint extra ordinem Confessarii etiam alterius Ordinis, dummodo sint aliàs idonei, cùm nullibi qualitas ejusdem professionis reperiatur expressa.

483. Omnes moniales Ordinario Confessario deputato loco Parochi confiteri tenentur c. *omnis utriusque.* 12. ✠. *de Pœnit. & remiss* Extraordinarius audire quidem debet accedentes ad se Religiosas: his tamen arbitrarium est ob beneficio in sui favorem concesso L. *Invito.* 69. ff. *de* R. I. hâc obligatione tandem, ad arcendum accessurarum pudorem, à S. Congregatione Regularium introductâ, ut omnes coram Extraordinario se præsentare teneantur, ut discerni possint, quænam ipso indigeant, & quæ non? Superior autem seu localis, seu Provincialis nunquam ad hoc officium est deputandus, ut jam suprà n. 177. monui.

484. Confessarii tum Ordinarii, tum Extraordinarii delinquentes circa personas aut res monialium, ordinarii loci punitioni subjecti sunt; expeditque, ut, prout S Congregatio aliquoties censuit, Confessarii Monialium ordinarii singulis trienniis mutentur; ipsisque Monialibus quandoque relinquatur facultas aliquem sibi gratiorem communiter nominandi, qui sinè rationabili causa reprobari non debet, maximè tempore Jubilei, quo Moniales convocatæ à Præfecta interrogari solent, quos Confessarios libentiùs acceptarent? quibus tres vel quatuor aut plures, imò singulis singulos nominantibus, exinde proponuntur Ordinario, ut eos in specie approbet, dummodo sint idonei, quò tantò liberiùs ulcera sua detegant Confessariis eo tempore ex privilegio personali à se electis.

485. Et quoniam in extremo mortis articulo nullum salutis remedium periclitantibus est subtrahendum, speciali-

cer incumbit Episcopo, ut Monialium
certum aliquem Confessarium pro
cipienda sacramentali confessione
postulanti, de eo, si aliàs habilis
metur, provideat, ingressumque
clausuram, necessariis cautelis adhibitis
ei opportunè concedat; ita quidem,
ingrediatur cum socio à latere
duo, cui semper janua cubiculi
ubi confessio infirmæ excipitur;
terque, tam Confessarius, quàm
tens ab illo conspici possit, omnisque
periculi suspicio sublata remaneat.

Caput VI.

De Jurisdictione Ordinarii in quibuslibet Monasteriis Monialium circa clausuram.

486. *Constitutio*; Inscrutabili: *ejusque declaratio vivâ voce à Gregorio XIV facta.*

487. *De custodia clausuræ tam materialis quàm formaliter sumptæ Episcopis facta.*

488. *De Extraneārum perſonarum ingreſſu intra Clauſuram.*
489. *Abuſus in Germania.*
490. *Introductio clauſuræ.*
491. *De licito Monialium profeſſarum egreſſu.*
492. *De Tranſitu Religioſarum ad ordinem ſtrictiorem.*

486. EXallegata celebri Conſtitutione *Inſcrutabili. n.* 240. vidimus, Regulares delinquentes circa clauſuram Monaſteriorum monialium, vel circa perſonas in eis degentes, ſubjici jurisdictioni Epiſcopali, adeò ut etiam Regularis epiſtolam tantùm mittens ad monialem pœnas ab Epiſcopo adversùs talem decretas incurrat, quemadmodum Gregorius XV. conſtitutionis præfatæ conditor oretenus declaravit apud Fagnanum in c. *Quantò*, 26. X. *de priv. n.* 21. virum in materia Regularium ſubpluribus SS. Pontificibus ultra quinquaginta annos Romæ verſatum, qui *n.* 23. memorabiliter obſervat, Conſtitu-

tiones etiam pœnales in favorem Juris dictionis Ordinariæ largiùs interpretandas esse, arg. c. *cùm dilectus*. 8. §. *earum*. X. *de consuetud.* quamvis perstringantur privilegia Religiosorum, cùm sic fiat reditus ad Jus commune antiquum, secundùm quod Monachi & eorum Abbates subserant Episcopo Diœcesano. c. *Abbates*. 16. & c. *Monasteria*. 17. XVIII. q. 2.

487. Scio Tamburinum *de jure Abbatissarum*, alio Regulari pro sententia sua citato, putare, nullam Episcopo concedi facultatem indicendæ clausuræ monialibus exemptis, quæ Regularibus subjectæ sunt, c. *Periculoso*. 1. § *fin. de statu Reg. in 6.* cui S. C. Tridentinum non derogat: sub finem tamen dictus Abbas Tamburinus omnia subjicit hodiernæ praxi S. Congregationis; quæ cùm omnino contrarium teneat, & constitutio Gregorii XV. Regularium hujusmodi monasteria gubernantium expressè meminerit, cessat omne dic-

tum,

um, dum Pontifex, sciens adesse Regulares visitatores, Ordinariis nihilominùs hanc facultatem demandavit, probè gnarus, cùm clausura formaliter sumpta, ùt comprehendens quemcunque modum custodiendi Religiosarum integritatem, majus periculum ab accedentibus, quàm ab inclusis monialibus, ipsisque muris materialibus habeat, inconvenientibus occurri non posse per inferiores Prælatos jurisdictione in Clerum ac sæcularem Populum destitutos. Unde ut clausura custodiretur non tantùm ab intrà & materialiter, quatenus sc. moniales non exeant, muriique infracti serventur; sed etiam formaliter & ab extrà, ne extranei passim ac pro libitu conversentur cum monialibus, vel alia gerant, quibus præparari, quamvis remotè, possint monialium animi ad pudicitiæ vel Religiosæ modestiæ damna subeunda, S. Sedes Apostolica merito Episcopis hanc spartam imposuit, imò & S. Congregatio in declarationibus Constitu-

stitutionis Gregorii XV. censuit, Re-
gularem quantumlibet exemptum ac-
cedentem ad monasterium, & simpli-
ter Moniali colloquentem, absque le-
gitima licentia, ab Episcopo coërceri &
puniri posse, etiam (juxta nuperrimum
decretum ejusdem S. Congregationis
11. *Maji.* 1669 à Clemente IX. appro-
batum, teste Joanne Baptista de Luca
in miscellan. Eccles.) per publicam ex-
cerationem. Ubi vides allocutionem
monialium sinè licentia reducial. Sed
ctum circa personas intra septa degen-
tes, licèt ea sit de rebus indifferenti-
aut bonis, cùm finis prohibitionis
tollere personale commercium, nec fa-
detur in præsumptione colloquii ad
lum finem; sed in periculis tali con-
sationi annexis.

488. Quamvis autem cit. c. *Pen-*
so. de statu Regular. in 6. permit-
sæcularibus, ut ingredi possint
ram Monasteriorum Monialium, de
lius, ad quem pertinuerit, speciali

cultate; idemque renovetur in S. C. Trident. *sess. 25. Regul. c. 5.* necessitas tamen adesse debet, ex declaratione S. Congregationis Concilii monasterium ipsum respiciens, non personam ingredientis: Qua de causa cùm in Diœcesi Salamantina, teste Fagnano ad c. *Praterea. 1. n. 19. &, de convir. Conjug.* consuevissent Episcopi concedere mulieribus licentiam ingrediendi Monasteria monialium, in eisque commorandi, tum commoditatis gratiâ, tum ob causas urgentes. E. G. litium matrimonialium, non extantibus aliis locis, in quibus majore cum securitate vivere possent: S. Congregatio 19. *Februarii* 1604. resolvit, non licere ullo modo Episcopis, vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, ut ex causis suprà narratis monasteria monialium ingrediantur.

489. Quæ resolutio licèt in plerisque Germaniæ locis non obtineat: parcissimi tamen esse debent Episcopi in licentiis

tiis ejusmodi concedendis, ac quoad fieri poterit, tales usus è medio tollere, quemadmodum Celsitudo sua in Diœcesi Herbipolensi, ubi medelâ quâpiam ob laxatum nimis facilè ingressu [illegible] fuit, facere cepit, nec desinit pristinam illam ingrediendi facilitatem quoridiè coarctare eo laudabili animo, ut tractu temporis abusus ille potiùs, quàm uno radicitus extirpetur. Qui cùm facilè indulgendus non sit fœminis, multò minùs ad viros extendi potest, nisi gravis infirmitas, aut necessaria reparatio Monasterii, medici, Confessarii, operariorum, vel in casu obortæ suspicionis de insufficiente Clausuræ custodiâ Episcopi vel Ejus Commissariorum præsentia desideretur: quibus casibus semper adhibendæ sunt cautelæ, ne periculum sit violandi pudoris, nullique malè loquendi occasio præbeatur.

490. Non nego, SS. Ambrosii, Augustini temporibus, Virgines sacras adhuc habitâsse tam intra, quàm

cœnobia ; aliquas item perenni continentiæ voto, alias temporario tantùm obstrictas fuisse, ùt apud S. Cyprianum *epist.* 62. legimus: at quoniam perpetua illa cum sæcularibus conversatio, discrimine amittendi pudoris non caruit, cujus intuitu Tertullianus *l. de velan. Virg.* domi habitantes appellavit *Virgines hominum*, & *prostitutas*: mirum non fuit, postquam decretum circa A. C. 348 sub Episcopo Grato à Concilio Carthaginensi latum *de habitatione sacrarum Virginum* seorsim *à laicis instituenda*, nihil aut parùm profecerat ; à Concilio Parisiensi deinde A. C. 756. statutum fuisse, ut, si fœminæ tonsuratæ Cœnobia sponte subire nollent, illuc compellerentur: ex quo tempore etiam vix ulla consecrationem obtinuit, nisi quæ promiserat, se in cœnobio constanter victuram.

491. Quemadmodum verò arceri ab ingressu Monasteriorum hujusmodi, homines extranei debent: ita multò magis

gis moniales ipsæmet ab egressu
hendæ sunt, nisi in casu superven
fundationis novi conventûs, au
tabilis ac periculosæ necessitatis,
incendii, hostilis incursûs, in
nis, Epidimiæ, Lepræ, simili
borum gravium, qui intra
curari non possunt, ùt latè
varinus *in allegatione*, *ad*
Marchionis Fuscaldi pro
na Sororis Mariæ Catharinæ
porrecta Urbano VIII. sicque
Germania servatur cum Mon
Thermas cum honesta socie
sis &c. dummodo necessitas
& talis ab Episcopo agnita,
succurri possit. Unde gravi
abusus, quòd Religiosæ pass
infirmitates, vel ad colli
mosynam pro fabrica, extra
soleant ad tempus dimitti.

492. *Quæres. An moniales*
Regularium virorum ad instar
ne monasterio transire ad alium

is observantiæ, petitâ, licèt non obtentâ venià Superioris? Resp. *affirmativè* ex Concilio Triburiensi relato c. *Virgines*, 1. XX. q. 4. dummodo non priùs egrediatur è primo monasterio, quàm constet secundum capitulariter esse propensum ad eam recipiendam; ipsáque translatio fiat comitantibus gravibus matronis, aliisvé piis ac honestis personis, absque diverticulo, in Rheda vecta; aut si cubi pernoctandum sit, accedente locali um Ordinariorum licentiâ, ubi moniales habitant, in earu monasteriis; aliàs verò apud personas honestas divertatur; ipsíque Religiosæ transeunti spes omnis revertendi ad primum monasterium præscindatur; ac dos à cæteris monialibus præstari solita afferatur. Et hoc Jure in Germania utimur: ut proindè B. Pii V. Extravagans *Decori, de clausura monialium*, vel Jus antiquum non corrigat; vel non videatur recepta. Quæ de re videri possunt Navarrus, Miranda, Sanchez, Rodriquez & alii se fun-

fundantes in c. *Licet.* 8. ✠. *de Regularib.* ubi facultas transeundi fundatur in Spiritu DEI tales ad sanctiorem vitam agente, qui non est sub Lege, dummodo bene probetur ac discernatur, an ex DEO sit? Quod si verò pœnitentiæ causâ translata fuisset, alimenta per monasterium, è quo translata fuit, Monialis translatæ suppeditanda esse Rota Romana non pridem decidit.

CAPUT VII.

De dotibus, præstationibus vitalitiis; & peculio monialium.

493 *De dotibus Novitiarum.*
494. *De obligatione Monialium ad vitam communem in victu, vestitu, & aliis necessariis.*
495. *Declaratio Episcopi Bambergensis circa peculium Religiosorum; & decisio Rotæ coram b. m. Bevilacqua.*
496. *Quid agendum, si continuetur in Monasteriis monialium abusus peculiorum?*
497. *Excusationes irreligiosarum explosæ.*

493

493 S. Conc. Tridentinum *sess. 25. Regul. c. 16.* disertissimè prohibet, *ne ante professionem, excepto victu & vestitu novitii vel novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocunque prætextu, à parentibus vel propinquis, aut Curatoribus, Monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur* &c. & sub anathematis pœna præcipit, ut abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant: quod ut rectè fiat, Episcopus, etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat. Quò cùm etiam dotes puellarum referantur, indubium est, quin ante professionem accipi nequeant, ne quidem sub nomine depositi, seu præstitâ cautione de illis in casum non secutæ professionis restituendis: adeò ut tamdiu, extra manus consanguineorum aut affinium, actualiter deponendæ sint in banco publico vel penès aliam personã idoneam judicio ordinarii approbatam, donec, emissâ professione, mox in emptio-

ptionem bonorum ſtabilium, & annuorum reddituum, vel aliàs, pro caſibus neceſſitatis, in commune Monaſterii bonum applicentur: aut deficientibus prædictis deponendi modis, in arca depoſitorum monaſterii ſub pluribus clavibus, quarum una Ordinario, alia Monaſterio, alia propinquis vel Curatoribus novitiæ conſignetur: Suppoſito quòd agatur de Religionibus capacibus in communi. Similiter idem Concilium *cit. ſeſ.* c. 1. & 2. omnes Regulares ad exactam obſervationem paupertatis, communisque victûs ac veſtitûs ita obſtringit, ut Superioribus etiam tacentibus aut conniventibus, ipſæmet privatæ perſonæ Regulares teneantur ad vitam juxta præſcriptum Regulæ inſtituendam, exploſis reſervationibus diverſis factis etiam cum Abbatiſſæ vel Præfectæ Superioris licentia, utpote quæ talem facultatem concedere non poteſt, ſecundùm decreta Clementis VIII. edita ad Regularium reformationem, innovata

novata à Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. nec Regularium quisquam, aut quæquam, nisi sit officialis monasterii, etiam Conventûs nomine habere penès se potest annuos redditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabilium administrationem, aut peculium non superfluum dependenter à nutu superioris quacunque de causa concessum.

495. Hinc Celsitudo sua, peractâ visitatione cujusdam Monasterii virorum, circa naturam peculii, declarationem hanc Decreto emendandorum inseri clementissimè jussit, ut singuli Regulares nihil omnino independenter à voluntate Superioris, nec nisi in manibus alienis Depositarii habeant, paratique sint ad omnia Superioris nutui consignanda; sique de peculio accepturi sint aliquid, causam & usum conditioni suæ congruentem, Superiori, pro obtinenda facultate, exponant, qualis esse potest pietas, remuneratio, communis utilitas

tilitas &c. Ubi igitur Monialibus assi-
gnata est ex obligatione aut benevolen-
tia, annua vel menstrua præstatio vita-
litia, ad liberam earum dispositionem,
pro extraordinariis indigentiis ac ho-
nestis usibus, quin superiores se regula-
riter ingerere soleant, extra casum ab-
usûs: meritò Rota A. C. 1654. coram
Bevilacqua nuperrimè, post suum à tra-
ctatibus Pacis Noviomagensis in Urbem
reditum, defuncto resolvit, semper in-
trinsecam esse ac subintelligi hanc con-
ditionem, etsi non exprimatur, ut le, pe-
cunia retineatur in depositio vel Arca
communi Monasterii, atque Religiosa
è manu superioris illas indè recipiat, e-
rogatura in religiosos vel honestos usus,
de quibus Superior inquirere potest,
denegando pecunias, si non videantur
congruè vel honestè applicandæ.

496. Sed quid si in monasteriis Mo-
nialium continuetur hic abusus? Resp.
Saluberrimè provisum esse, ut illis in-
terdici possit ab Episcopo, tanquam
sedis

Sedis Apostolicæ delegato, receptione puellarum ad habitum ac professionem, donec susceperint vitam, victum, ac vestitum verè communem: si tamen commodè fieri potest, E. G. numero ad pauciores, & non nisi tot Religiosas restricto, quæ ex allatis dotibus & solitis eleemosynis vel proventibus sustentari queunt. Quod utinam & juxta piissimam intentionem Clementis VIII. in receptione Juvenum ad Monasteria virorum, juxta Regis Galliæ votum, continuatum fuisset! Imò & ipsæmet Conventuum Præfectæ totis viribus anniti debent sub gravi peccato ad pravas quaslibet consuetudines in hac materia eradicandas, maximè si vel Religiosæ talibus ita addictæ sint, ut vix totaliter à nutu suæ Præpositæ pendeant; vel peculia sua rebus vanis &c. impendant.

497. Nec refert, quòd ab immemorialitempore vita communis, quoad victum, vestitum, vel alia necessaria, in tali conventu deserta fuerit, tolerantibus

bus Religiosarum Prælatis, Episcopis ac ipsismet SS. Pontificibus: Cùm nomini liceat æmulari in malo *Ps. 36. v.* nec malum dicere bonum, aut bonum malum *Isa. 5. v. 20.* & Regularis professio corruptelas nequaquam respicit, sed statuta ordinis, fidelemque custodiam votorum solemnium: accedente potissimùm crebrâ innovatione Decretorum S. Sedis Apostolicæ, ut in hac materia sæpissimè factum est: novissimeque Innocentius XI. P. O. M. cum plerorumque Religiosorum Generalibus iterum contulit, de turpissimo hoc abusu penitus abolendo.

CAPUT VIII.

De Monialibus quoad præfationem numeri, ac bonorum administrationem.

498. *Moniales ultra numerum non recipienda.*

499. *Administrantes bona Monasteriorum*

sanctimonialium ad annuas rationes Epi-scopo loci reddendas obstringuntur.

498. PRæcedentis Tituli praxis à præfixione numeri, ac debita bonorum administratione dependet. Quocircò non minima Episcoporum superiorumque Regularium cura sit, ut juxta c. *Non amplius* 1. ✠. *de institution.* non plures suscipiantur, quàm quot se de monasterii proventibus alere sinè penuria possunt; aut *ex consuetis eleemosynis*, ùt addit S. C. Trid. *sess.* 25. *Reg. c.* 3. quod etiam à B. Pio V. & Gregorio XIII. strictè præceptum fuit; vel si qua ultra numerum recipienda sit, aliter ac Urbanus VIII. in Decreto *de celebratione missarum* cit. *n.* 247. constituit, ut majorem eleemosynam seu dotem secum afferat, nisi periculum sit, ne nimiâ multitudine Religiosarum disciplina enervetur, aut lex fundationis secùs disponat. Certè si universis sufficienter de mediis vivendi provisum sit, non erit, cur aliquæ singulares peculiis inhient, sic-

que paulatim tanto cum dispendio à Religiosa paupertate deflectant.

499. Quantum ad bonorum administrationem, similiter in Constitutione *Inscrutabili* expressè sancitum est, ut Administrantes bona ad monasteria Sanctimonialium, etiam Regularibus subjectarum, pertinentia, sive Regulares extiterint, sive sæculares, quomodolibet exempti, Episcopoloci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque Juris remediis cogi & compelli queant.

Caput IX.

De Canonissis.

500. *Duplex Canonissarum genus, Regularium, & sæcularium.*

501. *Canonissæ Regulares in quo differant à monialibus strictè sumptis: Vbi de Diaconissis & earum officio in primitiva Ecclesia.* 502.

502. *Quid de reformatione Canonissarum secularium actum fuerit in Comitiis Augustanis?*

500. CAnonissæ vel sunt Regulares, & perpetuo continentiæ aliisque solemnibus votis obstrictæ; vel temporalem solùm continentiam, quamdiu videlicet ibidem habitant (Abbatissâ & Præfectis tantùm exceptis) profitentur, atque sub observantia vivunt, retentâ facultate testandi ac nubendi. Priores gerere solent habitum album, vivuntque sub certa Regula S. Augustini, ac verè sunt Religiosæ: Alteræ, quarum Author vel Amplificator fuisse putatur S. Meinulphus Diaconus, tolerantur in Germania, Belgio, Lotharingia &c. & à quibusdam semi-moniales vocantur, Divinisque officiis vacant, donec suscipiant statum matrimonialem; nec reprobantur quoad ipsummet ordinem à Bonifacio VIII. c. *Indemnitatibus*. 43. *de elect. in* 6. ùt Stephanus Weymesius, ac Ipsamet Rota

in *Ana Tullensi* Jurisdictionis 29. *Julii* 1624. *coram Euratio* demonstrat; & differunt à Beguinis, quòd in una quadam Ecclesiastica domo simul, non in proprijs ædibus seorsim morentur.

501. *Primæ* seu *Regulares* in hoc tantùm à Monialibus strictè sumptis distinguũtur, quòd monachæ seu moniales, Monachorum adinstar, de quibus suprà *n.* 7. ex vi instituti sui, Religiosæ solitudini propriæque saluti procurandæ duntaxat incumbãt: Canonissæ verò more Clericorum, quantum per sexum atque conditionem muliebrem licet, DEI laudibus curam animarum (instituendo rudes puellas, pauperes fovendo &c. ùt in Herbipolensi Diœcesi faciunt Canonissæ inferioris Cellæ candidi ordinis Præmonstratensis) conjungunt, quales olim fuerunt Diaconissæ, teste S. Epiphanio *in fine Panarii*, ad hanc etiam usum adhibitæ, ut decoris & honestatis causâ essent mulierum adstrictæ, quoties id necesse videbatur, &c.

dum baptizabantur, sive dum earum Corpora erant perscrutanda; tum ut imperitas docerent, præessentque patentibus portis, per quas olim fœminæ separatim à Viris Ecclesiam ingrediebantur, quapropter à S. Ignatio *epist. ad Antiochen.* custodes sacrorum vestibulorum appellatæ fuerunt.

502. *Alteræ*, seu *sæculares* eo tempore, quo Congregatæ permanent, videntur quodammodo *oblatæ*, de quibus extat formula Reformationis, curâ Caroli V. Augustæ Vindelicorum in Comitiis exhibita; à S. Sede tamen non approbata: *Quæ continentiæ studium sectantur absque voti professione, & vitam in Collegiis Religiosam ducunt, quales vocantur Canonissæ, etiamsi non habeant (quam tamen decentissimum esset habere) mensam communem, sed suam quæque peculiarem; commune tamen debent habere dormitorium, ne pudicitiæ insidiatori Sathanæ detur occasio ad incontinentiam tentandam. Debent quoque animis*

exquisito & procaci habitu abstinere, ne
sæculariter comptis incedere vestibus ex
cultæ; sed modesto, mundo, casto cultu
ut sint earum monasteria schola pudici
& virtutum, in quibus filiæ nobilium a
scant non lascivire, nec superbire, sed
DEUM timere, orare, & piis quæ
exercitiis ac moribus bonis, ubi volue
nupturæ in Domino. Talia autem Co
gia, sicubi in his Virgines ob libertat
vitam, famam suam in periculum
ducant, per superiores Episcopos
mentur. ubi notandum est obiter, Ca
faream hanc sanctionem 2. Julii
in Comitiis Augustanis publicatam
non alia de causa robore approbatio
Apostolicæ destitutam fuisse, quo
quòd à Principe laico ortum
habuerit.

Caput X.

De Tertiariis, Oblatis, mulieribus simul cõmorantibus in conservatoriis, & Jesuitissis.

503. *Tertiariarum congregationes suaviter à B. Pio V. sublatæ.*
504. *Oblatarum conditio:*
505. *Mulieres in Conservatoriis simul degẽtes,*
506. *Iesuitissarum coadunatio ab Vrbano VIII. reprobata.*

503. UT *Tertiariæ* sint verè Religiosæ, duo requiruntur copulativè, vita scilicet communis, & solemnis Religiosa professio sub perpetua clausura & Regula à S. Sede approbata: Quod si vota solemnia non emiserint, B. Pius V. in Constit. *circa Pastoralis.* Ordinariis, & superioribus Religiosis inculcat, ut eas hortentur ac inducere studeant ad solemnem professionem: quod si recusaverint, & earum aliquæ inventæ fuerint scandalosè vivere, illas severissimè

puniri vult, & cæteris omnibus, ſic abſque clauſura & profeſſione ſolemni vivere cupientibus, perpetuò prohibet, ne in futurum ullam aliam prorſus in ſuum ordinem, Religionem, Congregationemvé recipiant. Quâ conſtitutione Sinceriſſimus P. Hyacinthus Donatus (quo quidem ego candidiorem è Religioſis Scriptoribus neminem vidi) ejusmodi Congregationes mirâ ſuavitate & indicibili providentiâ abolitas fuiſſe aſſeverat, & Synagogæ adinſtar cum honore ſepultas. Unde ſiquæ mantellatæ, ſeu Pizocchæ, etiam ordinum mendicantium Tertiariæ, ſimplici voto caſtitatis devinctæ, habitum Regularem indutæ, in ſæculo circumeunt, purè laicæ ſunt, & non magis de foro Eccleſiæ quàm cæteri ſæculares, ùt obſervat Gloſſa ſingularis Clem. *Cùm de quibusdam* 1 *v. obedientia de Relig. domib.* & Vivius deciſum eſſe refert: quam quidem Portellus, Novarinus, Naldus, Diana,

Pellizzarius, & alii contrarium teneant.

504. *Oblatæ* dicuntur, quæ se & sua obtulerunt monasterio, quin emiserint professionem solemnem in Religione quapiam à S. Sede approbata. Hæ si in Monasterio existant, & sub obedientia Superioris Regularis perpetuò serviant, gaudent privilegiis suæ Religionis, non minùs quàm conversæ & Novitiæ: idque si in forma Juris valida irrevocabiliter, plenè, & cum effectu, seipsas & omnia bona sua, præsentia & futura, nullâ prorsus quâvis minimâ eorum portione, neque in proprietatem, neque in usumfructum sibi reservatâ, Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutaverint. Quod si verò in propriis suis omnino duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia & jurisdictione nullatenus eximuntur c. *Cùm & plantare. 3. §. Confratribus. X. de privil.* S. C. Trid. *sess. 24. Refor. c. 11.*

505.

505. Idem dicendum de mulieribus simul commorantibus in conservatorio vulgò **Schweſter und Kinder Häuſern** / quæ ſunt merè ſæculares optimè tradit ſæpe laudatus Illuſtrissimus Jurisconſultus Joan. Baptiſta de Luca in diſcurſibus ſuis de Jurisdictione ſub nullo Religionis inſtituto, nec Domo, pro majore honeſtatis conservatione collegialem vitam ducentes deò ut earum coadunatio non pertineat ad cit. Clemen. *cùm de quibusdam Relig. domib.* aut Conſtitutionem nam *Circa Paſtoralis* citatam: ſed diſpoſitionem S. C. Tridentini *Sess. Refor.* c. 8. quoad effectum viſitationis & ſuperioritatis Epiſcopalis.

506. Præter has non pridem alicies ſub nomine *Ieſuitiſſarum* in erupit, in unum aliquem cætum nata, citra S. Sedis approbationem prætextu ducendæ vitæ Regularis diverſo à cæteris habitu: ſed ab VIII. Conſtit. *Paſtoralis.*

1630. in ipsis ferè cunis repressa & annullata; sive, ut phrasi Pallaviciniană utar, veluti partus emortuus, ita ut nunquam viveret nata fuit, utpote destituta animâ id est, Authoritate S. Sedis Apostolicæ, sinè qua Joannes XX. ac alii Romani Pontifices Religiosos cætus erigi prohibuerunt: cui quoque & ego me, ac hosce conatus meos reverentissimè submitto, adeò ut veritas & sinceritas meus sit unicus

FINIS.

Diatribe

De S. Oecumenico Concilio Tridentino in universa Europa, etiam quoad Decreta de moribus, apud Catholicos recepto.

507. *Concilium Tridentinum est in tota Europa receptum.*

508. *Conciliarium Decretorum obligatio non*

non pendet ab acceptatione inferiorum, vi de natura dispensationis.

509. *S. Concilium Trid. licèt alicubi non sit receptum; pro norma tamen servire debet.*

510. *Quinam oderint receptionem S. Concilii Tridentini?*

507. DE receptione S. Concilii Tridentini in Regno *Bohemiæ* itu nequaquam ambigitur, ut modernus Celsissimus & Reverendissimus Princeps & Dominus D. Joannes Friderieus Archiepiscopus Pragensis &c. id publicè profiteatur, suæque Celsitudinis Dominorum Prædecessorum praxis aliud asseverare non sinat. *Galli*, ùtut aliàs motibus repentinis obnoxios præ aliis Europæis hac in parte cunctatos fuisse cõstat, remorante potissimùm Cõcilii receptionẽ, præterquàm in fidei decretis, Carolo Molinæo adhæsato Parisiensi: donec A. C. 1615. postquàm Clementi VIII. S. P. Henricus IV. sub religione jurisjurandi operam

omnem

omnem spoponderat, Lutetiæ Parisiorum in generali conventu Cleri Gallicani, regnante Ludovico XIII. communi Decreto receptũ fuit, ùt liquet ex generalibus actis præfati Cleri; & egomet in Sorbona à Parisiẽsi Doctore quodam in publica disputatione audivi. In *Germania*, tum per provincias hereditarias Sereniſſimæ ac Pientiſſimæ Domûs Archiducalis Auſtriacæ; tum in Auguſtana Synodo A. C. 1567. & in Salisburgenſi A. C. 1569. Treviris ſub tempora Jacobi ab Elz Archiepiſcopi & Electoris; Bambergæ ſub Erneſto Epiſcopo circa A. C. 1585. ac demum, urgente Carolo V. Imperatore, per univerſam Germaniam, quoad pleraque Decreta, ab Eccleſiis Orthodoxis debito cum obſequio receptum fuit; hodieque à piis ac zeloſis quibusque Antiſtitibus pro Eccleſiaſtici regiminis norma habetur, ùt defuncti non dudum Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis Electoris ac Domini Joannis Phi-

lippi

ippi Archiepiscopi Moguntini, & E
scopi Herbipolensis ac Wormacien
viventisque hodie Serenissimi Ele
D. Maximiliani Henrici Archiep
Colonienſis, Episcopi Leodiensis,
Hildesienſis &c. & præterm
Clementissimi Principis ac Domini
Episcopi Bambergensis & Herbip
sis gesta testantur, Similiter Philip
Hispaniarum Rex pietate simul
authoritate suâ effecit, ut huic
nicæ Synodo non tantùm cuncta
spaniarum Ecclesiæ, sed etiam Sici
Belgium colla submiserint. Q
Parthenium *Hungaria* Regnum
tur ultima statuta Synodalia C
ac Reverendissimi Principis Arch
scopi Strigonienſis ante pauc
nos evulgata. De *Italis* nullus
tandi locus cuiquam in rebus Ital
ter versato relinquitur; narratq
rosinus de *Venetis*, jubente illo
publicâ, Concilium hoc in B
Marci inter missarum solemnia

gatum fuisse. Quid de Lusitanis dicendum sit, litteræ à Sebastiano Rege die 2. *Octobris* A.C.1564. ad S. Pontificem scriptæ declarant. De *Polonia* latè recenset Eminentissimus Pallavicinus in *Hist. S. Con. Triden.* l. 24. c. 13. quàm reverenter atque lætanter, operâ Joan. Francisci Commendoni tunc ibidem Nuntii Apostolici, læpedictum Concilium à Sigismundo Rege fuerit in publico Regni senatu exceptum.

508 Quod autem de *receptione* hìc dicitur, non sic intelligendum est, quasi leges Ecclesiæ ab acceptatione Populi pendeant, quæ est hæresis Politicorum: cùm potestas spiritualis à solo DEO immediatè concessa sit S. Pontifici, commissæque Eidem Ecclesiæ; nec in laicos cadere valeat, juxta præsentem DEI coordinationem; secùs ac potestas temporalis, quæ à Populo in Principem translata est §. *sed & quod.* 6. ibi *Populus ei* (Principi) *& in eum* (Theophilus legit: *in se*) *omne imperium suum*

um & potestatem concessit. *Instit.*
J. N. G. & C. sed quòd benignissi
Mater Ecclesia Decreta sua, de to
Christianitatis consilio edita, atq
cunctis Oratoribus & Patribus pra
tibus subscripta, suaviter insinuare
luerit, non ægrè latura, si qua pricula
ris Ecclesia, Natio, vel Provincia
particularissimos eosque rationabi
antiquos mores suos, vel etiam
cam ob causam pro remissione
deratione quapiam institura esse
ceps apud S. Sedem: quemadmo
patet, Inclitæ Nationi Germani
publicum Ecclesiarum Germani
num plures prærogativas, œcon
dispensationes &c. indultas fuisse
modo non temporalis duntaxat
torum respectus aut commodi
tet; sed bonum publicum
Ecclesiæ: prout in dispensa
fieri solet ad debet, juxta illu
nardi de considerat: *Ubi nec*
get, excusabilis dispensatio est;

tas provocat, dispensatio laudabilis est, utilitas dico, communis, non propria: nam cùm nihil horum est, non planè fidelis dispensatio; sed crudelis est dissipatio &c. Quemadmodum enim lex non potest esse justa, nisi ad bonum commune & publicum ordinetur c. *Erit autem* 2. *dist.* 4. ita & suo modo neque dispensatio. Hujusmodi autem Apostolicâ condescensione, veniâ, sive remissione speciali seclusâ, ad excusandos à non-observantia S. Concilii Tridentini fideles, præsertim Ecclesiasticos aut Regulares, haud sufficit sola non-acceptatio; sed *qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Mat.* 18. *v.* 17.

509. Verùm demus (non concedamus) in Ecclesiarum particularium arbitrio fuisse, ut œcumenica hujus Synodi decreta morum reciperent, vel non reciperent: at saltem omnibus eadem (ut prudentissimè ad me dixit Coloniæ A.C. 1675. Illustrissimus ac Reveren-

dissi-

dissimus Dominus D. Opitius Pallavi-
cinus Archiepiscopus Ephesinus, S. D.
N. Prælatus Domesticus, & Assistens
Ejusdemque & S. Sedis Apostolicæ
tractum Rheni & inferioris Germaniæ
partes cum facultate Legati delatere
Nuntius) deberent esse pro Norma, ob
tot integerrimorum & Sapientissimo-
rum Præsulum consensum: quò fa-
unt ea, quæ Didacus Payva Sebastianus
Lusitanorum Regis Theologus, ex
general. Concilior. authorit. refert
verbis: *Dum Tridenti commorabar*
Concilio, sæpe dicere solitus eram, ...
authoritas Conciliorum nullo C...
promisso confirmata & constituta fu...
ego tamen, ab ea ratione tum ...
veritatis acquirendæ coactus, eorum
finitionibus facilè consensissem. ...
plerique Galliarum Episcopi, sub-
bus hodiedum, saltem in urbibus
dabiliter floret Disciplina Cle...
quanquam Senatus Decretorum ...

Concilii publicationem retardârit tandiſper, ùt ſuprà jam innui, eadem tamen in celebratis à ſe Synodis jugiter imitati fuerunt, & Eccleſias ſuas per hanc imitationem mirificè reſtaurârunt.

510. Si quibus tamen ſæpedictum Concilium, his non obſtantibus, etiamnum diſplicet, ex litteris Eminentiſſimi Cardinalis Oſſatenſis Romæ 28. *Martij* 1599. ad Regem Galliæ *fol.* mihi 630. datis intelligant: *ils ne veulent point du Concile de Trente, pour n' avoir point à laiſſer les abus, que la reformation portée par le dit Concile eſteroit, non volunt Concilium Tridentinum, ne abuſibus ab eo reformatis ſuperſedere, ſeu abſtinere deinceps cogantur.*

Appen-

Appendix
Ad
Pacem Religiosam.

I.

Ad n. 35. *De Aulâ Romanâ Genti.*

111. PRosper Cardinalis Sanctacius (de quo tamen non immerò dubitari potest) Paulo Foxio Romæ in Cryptâ suarum ædium, presente Augusto Thuano, dixisse fer... *Aulæ Romanæ illud ingenium est, ... quisitâ severitate, cùm occasio se ... impunè licet, in Externos utatur; ... quis dignitate præstans ei subjicia... jus causam longo comperendinat... sufflamine protelari gaudeat: ... terim per gentes toto orbe fama ... tur, & nostri Nominis terror ... quæ severitas eò usq; valet, ... infirmitate, vel Religionis mera ... tur. Nam si alquis Princeps ...*

qui neutro attineatur, cautè summâ dissimulatione ab ea severitate discedi-tur. Famâ siquidem & hominum patientiâ hujus Aulæ stat majestas. Quod tamen si usquequaque admitti non debeat: Quàm necessarius tamen quandoque sit hic agendi modus in gubernatione politicè sumpta, nemo ignorat, cui tot, non dicam Nationum, sed hominum varietas nota est, quorum aliqui spe, alii metu, alii Religione, alii honore trahuntur, adeò quidem, ut, si quis nullo horum tangatur, nec severitatem exercendi adversùs talem media suppetant, summæ prudentiæ sit, obsecundare ventis, ac dissimulare malum, quod tolli non potest, maximè si gravius malum indè nasci posse credatur: dummodo non amittatur hoc ipso omnis auctoritas, quæ in animis impiorum formidine pœnæ conservatur; nec in mentibus hominum relinquatur opinio, S. Sedi Apostolicæ potestatem etiam gubernativam, cujus objectum est disciplina, ab

ipso.

ipsomet Christo Domino concessam non fuisse.

Ad eund. *n. verba Præcipui cujusdam Ministri Romani in Epistola ad Nuntium quendam Apostolicum quondam in Germania degentem conscripta.*

§12. V. S. in tanto, con questo poco d' auviso, offervi gli andamenti loro, e n' haverà notitia da Padri NN, e da altri buoni Religiosi, chi Le somministreranno forse anco de' remedii non inutili. *Et infrà:* V. S. terrà poi gran conto del Padre N. Religioso N. sarà lerà con destrezza dell' opera sua, non lasciandovi tanto di osservare i suoi discorsi, e particolarmente à Padri NN. ricorrerà con auveduta confidenza &c. quod idcircò notatur hoc loco, non quasi S. Sedi non liceat ubique terrarum in quosque fideles inquirere; sed ut ostendatur, quàm incerta & periculosa sit notitia à Religiosis habita, quibus à cautis Politicis sæpiùs album pro nigro solet

solet imponi; raroq; integer rerum status perspectus est.

II.

Ad n. 110. Formula Dimissoriarum, quibus Regulares ad suscipiendos ordines dimitti debent.

F. vel P. ord. N. Provincialis N. dilecto in Christo Filio N. N. (*ponendum est nomen & cognomen juxta morem ordinis; siq; Nomen in sæculo habitum, mutatum fuerit, idem pariter adjiciendum est, ut Episcopus ex fide baptismali, in qua prius nomen in Baptismate obtentum ponitur, ætatem ordinandi cognoscere possit*) in sæculo nuncupato N. N. Ejusdem ordinis nostri Clerico Professo primâ tonsurâ, & N. insignito salutem ac benedictionem.

Vt propiùs in Ecclesia Domini ad ministerium Ejusdem accedas, Tibi, nullum, de quo constet, habenti Canonicum impedimentum; sed ætate, sexu, doctrinâ, ac moribus habili ad suscipiendum ordinem N., per has patentes, facultatem ac licentiam tribuo, ut a Celsissimo & Reverendissimo Principe ac Domino D. N N Episcopo &c. Domino nostro Clementissimo, intra cujus Diœcesim in Conventu vel Collegio nostro N. p. t. habitas, ad prædictum

ordinem, prævijs de Jure aut legitima consuetudine præmittendis, promoveri: aut si præfatus Diœcesanus tuus, nec per se, nec per alium ordinaturus sit, ut ad quemcunque alium Episcopum communionem S. Sedis Romanæ habentem, de præscitu localis superioris tui, pro eodem N. ordine suscipiendo recurrere valeas: & quia necessitas, aut utilitas publica exigit, ut absque ulteriore mora ad gradum sæpedictum aspires, debita cum submissione ac Reverentia, Eum, qui Te ordinaturus est, rogo ut, stante necessitate, aut utilitate præfatâ, de qua in fide sacerdotali attestor, super interstitijs tecum dispensare dignetur. De quibus omnibus & singulis fidem facio per præsentes propriâ manu meâ subscriptas, & sigillo Provincialatûs communitas N. in Conventu, vel Collegio &c. die Anno

III.

Ad n. 139. Pars Decreti Episcopalis, per suæ Celsitudinis utramque Diœcesim singularum Ecclesiarum, etiam Regularium, valvis publicè affixi.

§ 14. Quia tum in prima educatione ac cura, tum in discessu ex hac vita, tum in ipsorummet Confessariorum, ac Prædicatorum

rum discretione & prudentia plurimum si-
tum est, curabunt Parochi nostri, ac quot-
quot ad exercendam in alterutra Diœcesi
nostra Fidelium curam Spiritualem admissi
fuerint, ut pueri & puellæ, quibus circa
septimum ætatis annum plerumque ratio-
nis usus matures cere solet, expiandis per
confessionem culpis assuescant, domique
& in scholis, præcipuè verò in Catechesi-
bus, sufficienter de rebus ad salutem neces-
sariis instituantur, ac probis moribus exco-
lantur; adultique cum debita dispositione
accedant: vocati autem ad excipiendam
confessionem, præsertim Rusticorum, rudi-
um, infirmorum, & pauperum, prompti
comparebunt, juxta voluntatem enixam
CHRISTI Redemptoris nostri, qui cùm
pro omnibus mortuus sit, omnibus in actu,
ali culpa constitutis ac emundari ex corde
quærentibus, per Sacramentum hoc, Pas-
sionis & Mortis suæ pretium applicari desi-
derat, animam ex alieu us desidia vel mo-
ra culpabili perditam de Perditoris mani-
bus repetiturus.

Ne porrò Sacramentum Pœnitentiæ
rudibus quibusdam hominibus, mulieribus
præsertim ob verecundiam sexûs, grave
reddatur: Parochi, & alii Sacerdotes, qui-
bus à Nobis facultas audiendi confessiones

concessa fuerit, ad evitanda sacrilegia ve
alia scandala, nunquam imponent ullam
Parochianis aut Pœnitentibus suis necessi
tatem, etiam officiosam, sibi potiùs, quàm
aliis confitendi peccata sua: dummodo ali
quoque Confessarii, ad quos ejusmodi per
sonæ recurrerint, de consuetudine peccati
gravis, cùm opus fuerit, discretè interro
gent, seriúmque emendationis propositum,
ante absolutionem, explorent; nec eos,
qui in proximis peccandi occasionibus
sunt, si promissis removendi occasiones non
steterint, ac propterea faciliùs in eadem
peccata reinciderint, ullo modo absolvant,
nisì priùs à periculosis ejusmodi occasioni
bus penitus separentur.

*Cui accessit aliud expeditum in Ca
stro Montis Mariani supra Herbipolin
die 23. Septembris 1679. tenoris sequen
tis:*

415. Ne paulatim à restaurato nuper jen
ta Constitutiones Apostolicas debito ordi
ne in administratione Sacramenti Pœni
tentiæ & Prædicatione Verbi DEI per ex
tramque Diœcesim nostram recedatur: vi
gore præsentium omnibus ac singulis quo
rumcunque Cœtuum Religiosorum Abba
tibus, Provincialibus, aliisvé Superioribus
distinctè

districtè innuimus, Sanctæ Matris Ecclesiæ ac nostram intentionem esse, ut Regulares Presbyteros suos pro personarum sæcularium, & Ecclesiasticarum, aut etiam Sanctimonialium, confessionibus, sive in Ecclesiis sui ordinis, sive de præscitu Parochorum cujuslibet loci extra easdem, audiendis, non nisi à nobis vel alterutro Ecclesiastico Consilio nostro examinatos & approbatos exponant; nec quenquam, nisi servatis iis, quæ in novissimo Decreto nostro Bambergæ in Vrbe nostra die 6. Aprilis 1679. edito expressa sunt, ad publicè prædicandum applicare præsumant. Quoad casus autem nobis reservatos omnino volumus, ut quoties talem in confessione proponi contigerit, necessariis cautelis adhibitis specialiter pro licentia absolvendi ab ejusmodi (extra casus necessitatis) ad Nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus Generalem recurratur. Quæ omnia ut tantò firmiùs observentur, ii Regulares Presbyteri, qui nondum à Nobis seu nostris ad id deputatis examinati & approbati sunt, per ingruentem proximè Mensem Octobrẽ (& quoties aut quandocunq; deinceps alii exponendi sunt) quoquo etiam suorum ordinum, vel scientiæ gradu conspicui, in alterutro Ecclesiastico Consilio nostro eum

in finem sistantur; nec antè (præterpersonas sui ordinis Religiosi & familiares) cujusquam Sacramentalem confessionem excipere; qui verò è publico suggestu dicturi sunt, in Ecclesiis suorum ordinum, Nobis contradicentibus, aut non petitâ benedictione nostrâ; in Ecclesiis verò, quæ suorum ordinum non sunt, sinè Episcopali licentia nostra & emissa coram nobis aut alterutro Generali Vicario nostro professione fidei, prædicare nequaquam attentent. Cujus voluntatis nostræ exemplaria alterutro Vicaria tuum nostrorum Sigillo communita ad valvas Ecclesiarum publicè affigi, & per notabile temporis spatium ibidem teneri mandamus. Decretum in Castro nostro Montis Mariani supra Herbipolim die 23, Septembris 1679.

Hoc cùm Venerabilibus & omni cultu benevolentiâ dignis P.P. Capuccinis per Diœcesin Herbipolensem latè dispersis durius videretur, hyemali potissimùm tempore: Celsitudo sua ad gravamina eorundem nomine proposita die 24. Aprilis 1680, ita responderi clementissimè jussit.

216. Ut Seraphicus Capuccinorum ordo

videat, quantâ sollicitudine Celsitudo sua Religiosis Ejusdem familiis ita prospicere intendat, quin tamen in alterutra Diœcesi sua vel à piissima mente S. Matris Ecclesiæ; vel ab Episcopalis muneris debito recedatur: Celsitudo sua, viso & examinato libello gravaminum sibi per Venerabilem P. Athanasium Provincialem porrecto, clementissimè resolvit, in civitatibus suis, in quibus adest Consilium Ecclesiasticum, nempe Bambergæ & Herbipoli, firmiter standum esse suæ Celsitudinis Decreto quoad præsentationem, examen, & approbationem Confessariorum: quoad illos verò Conventus & Religiosos, qui extra prædictas Urbes constituti sunt, adeoque sinè difficultate se mox sistere nequeunt, altissimè memorata Celsitudo sua in tantum benignissimè condescendit, ut P. Provincialis, vel singulorum locorum Guardiani, quoties novus Confessarius in alterutram Diœcesin mittendus fuerit, aut ibidem appulerit, Celsitudini suæ, vel alterutri Vicario Generali, nomen & qualitates Ejusdem Confessarii noviter exponendi transcribant; statim verò ac scripserint, & litteras fido cuilibet Nuntio mox transportandas commiserint, Eundem, si à Superioribus ordinis pro idoneo habitus, & in quacun-

que Diœcesi Germaniæ semel publicè p
probatus fuerit, tamdiu ad administra
dum utriusque sexûs fidelibus Pœniten
Sacramentum intra Ecclesias sui ordi
tanquam à Celsitudine sua ad tempus
probatum, publicè applicare valeant
è suæ Celsitudinis, vel alterutrius
stici Consilii responso intellexerit, qu
Illa cum iisdem, intra terminum pa
sonali præsentatione assignandum, d
verit esse faciendum. Quoad cæter
seu Confessarios, seu Concionatores
casus Celsitudini suæ reservatos, sec
libet aliud nuperis Decretis inserto
cernentia, eadem Celsitudo sua ed
nibus hucusque desuper editis in
ter jubet insisti. Bambergæ die,
& Anno, quibus suprà.

IV.

Ad n. 191. *Copia Decreti Reser*
Bamberga die 23. *Novembris* 16
peditis, & in utraque Diœces
Herbipoli duobus casibus, vid
pro violento, & Crimine in
diariorum, *publicati.*

SAlutaribus S. Matris Ecclesiæ D
Constitutionibus Apostolicis

tes statuimus ac notum facimus, quamvis Presbyteri in ordinatione sua potestatem absolvendi à peccatis accipiant, nullum tamen, etiam Religiosum, per hanc Diœcesim nostram Bambergensem posse confessiones Sacramentales sive Sæcularium, sive Ecclesiasticorum, sive Sanctimonialium, in propriis licèt Regularium Ecclesiis, excipere, nisi per examen, vel aliàs, prout Nobis videbitur, habilis inventus fuerit, & authoritate nostrâ ordinariâ approbatus. Qui verò, cujuscunquè statûs aut Religionis, juxta novissima Decreta nostra approbati à Nobis canonicè fuerint, caveant, ne quem, extra mortis articulum, citra specialem licentiam sub sigillo Vicariatûs Nostri à Nobis obtentam in scriptis, absolvere præsumant à Casibus Nobis reservatis, qui sunt

1. *Injectio violenta manuum in Clericos.*
2. *Neglectus satisfaciendi piis legatis intra annum.*
3. *Enormis offensa parentum.*
4. *Ingressus Monasteriorum Monialium.*
5. *Iterata Baptismi, Confirmationis, aut Sacri cujuspiam ordinis susceptio.*
6. *Homicidium voluntarium, & mandatum ad illud; nec non abortus animati fœtûs studiosè procuratus, effectu subsecuto.*

7. *Falsitas Testimonii in Iudicio latì; publicarumq; litterarum falsificatio.*
8. *Copula carnalis, etiam tantùm attentata, cum filia spirituali vel parochiana.*
9. *Fornicatio sacrilega cum Persona Religiosa*
10. *Publicus concubinatus.*

Volumus insuper ac statuimus in hac Diœcesi Nostra complicem criminis carnalis opere consummati, extra mortis periculum, à Confessario complice sacramentaliter absolvi non posse, jurisdictione cuilibet tali quoad hoc per Nos prorsus adempta.

Tametsi verò Regularium aliqui, in hisce partibus Nostris constituti, possint facultate absolvendi à certis quibusdam casibus S. Sedi Apostolicæ reservatis; eâmen uti nequeunt quoad casus prædictos: qui ne forsan è Confessariorum memoriâ labantur, omnes & singuli Confessarii publicè expositi Decretum hoc Nostrum *de casibus Reservatis* in Confessionalibus suis, saltem in locis patentibus affixum habeant, ubi ab omnibus legi possit, atque legatur, ne inexcusabilis error aliquis ex oblivione vel inscitia committatur. Decretum Bambergæ in Urbe Nostra die 23. Novembris 1679.

Petrus Philippus Ep. B. & H.
(L.S.)

518. *Quanquam hodie Regula sit, Inferiorem non ampliùs ingerere se posse circa reservationem casûs reservati S. Pontifici, à quo, per appositionem manuum Papalium, illius manus ligatæ esse dicuntur* arg. c. ut nostrum 56. ✠. de Appellat. *Iustificari tamen posse videtur, quod ex antiquo Bambergæ & Herbipoli circa reservationem Episcopalem criminis incendiariorum, & Percussionis clerici (sub qua comprehenditur qualibet contumeliosa actio exterior ac corporalis, circa personam vel res ei adhærentes, adeoq; & malitiosa perfusio vulgò* Katzenstuff*) obtinet: eò quòd in his partibus ab urbe procul remotis Episcopi præscripsisse videantur jurisdictionem absolvendi ab ejusmodi casibus S. Sedi reservatis, sive, quod in effectu idem est, hi casus respectu Episcoporum ab urbe remotiorum non reservati reputentur, ob difficilem nimis ad Urbem accessum, sinè obligatione comparendi deinde personaliter, opportuno tempore, coram S. Pon-*

tifice, dummodo Reus aliàs Ecclesiæ ac Parti læsæ satisfaciat, vel idoneè caveat, & ad satisfaciendum se paratum ostendat. Qua de re Vide Navarrum. Sed Celsitudo tamen, aliiq; nonnulli Episcopi, majoris securitatis gratiâ, talem absolvendi à quibusque casibus S. Sedi reservatis, sicut & dispensandi super impedimentis matrimonii, facultatem specialiter petere solent: de quibus ultimis obiter adverte, receptum esse, si impedimentum sit occultum, & citra gravi periculum incontinentiæ, ac diffamationis, ad S. Sedem recurri minimè possit non obtentâ licèt facultate prædictâ, casum Papalem fieri Episcopalem, ut fuit Corradus Pyrrhus, aliiq; demonstrat, & apud nos passim practicatur.

Declaratio I. Casuum reservatorum.

519. Expedita Bambergæ 20. Decembris 1679. & per utramque Diœcesim publicata,

Ut omnia debito cum Ordine gerantur, nullusque ambiguitatibus aut scrupulis locus sit, in iis præsertim, quæ concredita rum nobis Ovium salutem respiciunt; facta Nobis relatione, quòd circa ultimi Decreti nostri Casus reservatos concernentis interpretationē ac observationem, dubiaquæ dam & difficultates sequentes emerserint.

I. An reservata Nobis sint peccata ante reservationem commissa?

II. Quid agendum sit ei, qui casu reservato pressus in ultima die temporis Paschalis absque fraude ad Confessarium accedens nequit ampliùs adire alium facultate absolvendi pollentem; neque Nos aut eos, quibus hac in parte vices Nostras delegavimus?

III. Quæ sit mens nostra de celebrioribus festivitatibus?

IV. Quid faciendum cum pœnitentibus peregrinis in locis extra urbem nostram, ad quæ passim solent peregrinationes instituí?

V. Quid cum extraneis per Diœcesim nostram duntaxat transeuntibus?

VI. An coarctata sit etiam potestas Confessarii Ecclesiæ nostræ Cathedralis?

VII. An non solùm Pater spiritualis aut Parochus (quod absit) cum Pœnitente vel

Paro-

Parochiana se turpiter commiscens, relet
pulam carnalem etiam attentans tantum
sed etiam altera complex in ejusmodi fa
ctum consentiens, attentatione subsecuta
Casum reservatum incurrat?

VIII. Quomodo Confessarius genatim
ter se gerere debeat, quando pœnitens ea
Casum reservatum exponit?

Nos maturè consideratis omnibus ac sin
gulis, pro Episcopalis authoritatis ac fel
citudinis nostræ Officio respondendum
censuimus, ac præsentium serie respond
mus,

Ad primum. Cùm publicatos nuper a
sus non in pœnam delicti, sed ad conci
dum in fidelibus sacrum horrorem, a
ad directionem nostram Nobis Ordin
Authoritate Nostrâ reservaverimus; ad
que Confessarios actuali Jurisdictio
quoad talia omnino destituerimus, a
refert, quandonam ea commissa fuer
si post detectam Confessariis Reser
nem Nostram proponantur.

Ad secundum. Cùm eo tempore p
ptum communionis annuæ urgeat, ne
sitan Pœnitens confessionem suam
ratè eò usque distulerit ad effugiend
servationem, omnibus ac singulis Co
sariis pro Diœcesi nostra Herbipolen

probatis, & approbationis noſtræ ſchedas habentibus concedimus, ut bonâ fide accedentes tunc abſolvere poſſint, etiam à caſibus reſervatis, injuncto tamen Confitentibus onere, ſiſtendi ſe intra Octiduum Nobis aut Vicario Noſtro in Spiritualibus Generali intra Urbem; extra Urbem verò coram ſui Diſtrictûs Decano Rurali.

Ad tertium. In feſtivitatibus Natalis Domini; Primæ diei Paſchatis & Pentecoſtes, Aſſumptionis B. M. V & S. Henrici Imperatoris Herbipoli verò S. Kiliani Epiſcopi & Martyris, Sanctorũq; Petri & Pauli) concedimus, ut ſinguli Parochi eorundemq; Cooperatores, nec non in ſingulis Religioſorum templis duo Sacerdotes à Superioribus annuatim pro libitu deputandi, poſtquam facultatem ſub Sigillo Vicariatûs Noſtri gratis expediendam ad id obtinuerint, à caſibus ſæpe dictis verè pœnitentes abſolvere poſſint, præterquam à Notorio Concubinatu, & carnali copulâ cum ipſomet Confeſſario conſummata.

Ad quartum. Volumus, ut in locis ejusmodi extra Urbem noſtram, reſpectu Pœnitentium, quamvis Diœceſanorum, aliunde adventantium Confeſſarii, etiam Regulares à Nobis approbati, ad abſolutionem

nem Sacramentalem ab iisdem casibus pro
cedere valeant, illis duobus exceptis: id
quod

Ad quintum. Similiter de personis omni
no extraneis non Diœcesanis, quâvis loco
rum transeuntibus, nec intra Diœcesin
Nostram B. vel H. ultra quatriduum
substituris, à quibuslibet Confessariis, etia
am Regularibus modo prædicto approbat
tis, fieri posse concedimus.

Ad sextum. Illi, qui provisionaliter R. P.
Herbi. in Ecclesiâ nostra Cathedrali mune
re pœnitentiarii p. t. fungitur, plenam pot
que facultatem absolvendi ab iisdem ca
bus, præfatis duobus duntaxat exceptis,
intra eandem Cathedralem Ecclesiam tan
tùm, impertimur.

Ad septimum. Reservationem illam s
lum Confessarium Nobis subditum, u
respectivè Parochum respicere declaram
Ad Octavum. Fideliter eidem expon
sibi quoad casum vel casus ejusmodi n
competere facultatem, adeoque vel re
rendum esse ad Confessarium delegati p
testate præditum, vel ad Nos, aut Vic
um nostrum in Spiritualibus Generale
vel Herbipoli intra Urbem nostrã: extra
verò ad Decanum Foraneum sui distri
Quod si pœnitens deprecatus fuerit,

dabiliter aget Confessarius, si Christi ovem ad caulam reportantis exemplum secutus ipsemet hoc onus in se susceperit, comparendi coram Nobis, vel modò dictis Vicario aut Decanis, saltem per litteras indicantes factum (reticito Pœnitentis nomine) & instantes pro Spirituali remedio, certi, se nunquam solatio & ope congruâ destituendos.

Cæterùm districtè præcipimus, ne quis Ecclesiasticorum vel Regularium, quoquo nomine venientium, a sæpè dictis Casibus Nobis reservatis, vel imposterum reservandis, nullo alio casu etiam necessitatis vel impedimenti, præter supra dictos, & nisi in mortis Articulo, ulli, sive Ecclesiastico, sive sæculari in sæpedictâ Diœcesi nostrâ B. vel Herbipolensi, beneficium absolutionis impendere audeat, vel præsumat; sed cùm opus fuerit, Pœnitentes ad Nos vel personas à Nobis ad id deputatas accedere consulat; aut ipsemet easdem seu personaliter, seu per litteras, pro pœnitentium suorum bono accedat; ita quidem, ut si quis secùs fecerit &c. &c. Bambergæ in Urbe Nostra die 20. Decembris 1679.

520. *Prorogatio facultatis Parochorum quoad Religiosos in adjutorium accitos*

citos, expedita Bamberga die 8. Feb
Herbipoli verò die 21. Februarii 1680

De Speciali Mandato Celsissimi ac Re
verendissimi Principis Episcopi & Domi
nostri Clementissimi datur facultas omn
bus & singulis Decanis, Definitoribus ac
Parochis hujus Diœcesis N. ut Reli
giosis extra hanc Diœcesin degentibus
& ab aliquo Episcopo Germaniæ Canon
approbatis, ad Parochias suas vocatis, e
etiam spontè accedentibus, licentiam da
possint nomine & authoritate altissimæ
ctæ Celsitudinis suæ audiendi confessio
fidelium, & eosdem à peccatis non re
vatis Sacramentaliter absolvendi, ac ver
bum Dei ex Cathedra prædicandi, qu
diu pro singulis vicibus Religiosos præ
modo approbatos in singulorum paroch
commorari contigerit. Pro celebrion
autem festivitatibus in nupera declara
ne 20. Decembris 1679. evulgata exp
conceditur, ut Religiosis idem, quod
rochis competit, circa absoluti-nem a
tis casibus suæ Celsitudini reservatis, u
gere possint; dummodo cæteris diebu
Celsitudinem suam, aut ejusdem Vica
in Spiritualibus Generalem, vel singulo
districtuum Decanos Rurales, qui &

bus prædictis absolvere, & ab iisdem absolvendi potestatem delegare aliis possunt, sive à pœnitentibus, sive à Confessariis pro singulis vicibus recurratur. In cujus rei fidem præsentes expeditæ sunt, & Sigillo Vicariatûs N. communitæ: Quarum transumptis à singulorum districtuum Decanis Ruralibus subscriptis & signatis eadem fides habenda est, quæ Originali. Decretum ut suprà.

521. Declaratio II. expedita in Castro Montis Mariani supra Herbipolim die 28. Martii 1680. & per utramque Diœcesim publicata.

Tametsi nuper existimaverimus, post Declarationem Nostram die 20. Decembris anni proximè præteriti editam, in materia Casuum Nobis per utramque Diœcesin Nostram reservatorum, nullum deinceps quibuslibet ambiguitatibus aut Scrupulis locum fore: quia tamen ex certa quorundam relatione ad Nos pervenit, Confessariis quibusdam (licèt inaniter) persuasum esse, quòd indirectè ipsis id facere liceat, cujus faciendi facultas directa per reservationem Nostram iisdem adempta fuit: hinc per præsentes statuimus ac declaramus, cùm in qualibet absolutione Sacramentali, appro-

approbatione ac jurisdictione seu per Nos, seu per sanctam Matrem Ecclesiam concessâ opus sit; hujus verò concessionis ab alterutra Parte factæ nullum exter Canonicum Documentum: Nolle Nos, ut, quod unâ viâ, scilicet directè negatum est, alterâ scilicet indirectè, absque facultate nostra & jurisdictione, cum manifesto nullitatis periculo, exerceatur; atque dum Confessarii sibi ac suis consulere satagunt, ipsimet cum pœnitentibus inextricabiliter illaqueentur. Nec est, quòd à pissima Matre Ecclesia, omnia (ut aiunt) supplente, tam gravis erroris aut ambitionis patrocinium quæritent, utpote quæ id potiùs prohibet & non unâ declaratione per SS. Pontifices factâ nullitatem ostendit; ut planè verendum sit, ne, peccatis hominum ita merentibus, quandoque dicto Apostoli locus fiat: *Pro eo, quòd charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.*

Ut autem pro iis casibus, quibus fas pœnitentis verosimiliter in discrimen adducitur, debita ejusdem ratio habeatur, declaramus insuper, quoties sinè periculo famæ ad Nos vel eos, quibus hac in parte vices nostræ commissæ sunt, recurri non poterit, concedere Nos quidem autho-

te Nostrâ ordinariâ, ut, si qui in huiusmodi casibus ad inferiorem Confessarium pro eorûm remissione recurrant, absolutionem à tali Confessario (cæteris requisitis unà concurrentibus) obtineant; nobis tamen, vel alterutri Vicario Nostro in Spiritualibus Generali, singulorumque districtuum Decanis Ruralibus præsentare se proximè sive per se, sive per Confessarium suum teneantur; & absque seria intentione præsentandi se dicto modo, irritam faciant confessionem: At si tempore Confessionis Sacramentalis serium quidem se præsentandi propositum habeant, de quo à Confessariis ante absolutionem expresè monendi ac interrogandi sunt; illud verò non exequantur post absolutionem obtentam, minimè revocetur beneficium absolutionis validè & absolutè semel impensum; sed incurratur de novo grave peccatum transgressionis Statuti Nostri obligantis Pœnitentem ad se præsentandum, & habentis tractum successivum obligationis, quousque se Nobis aut uni ex personis suprà adductis respectivè præsentet: observatâ hâc differentiâ inter articulum vel probabile periculũ mortis: & inter alias necessitates, quòd in priore per ipsammet optimam Matrem Ecclesiam sublata sit omnis reservatio, & (superato licèt

peri-

periculo) obligatio se præsentandi; in ali
verò, ad consulendum famæ ac verecundi
Pœnitentis, ei extra Sacramentum hor
nus conditionatè, si ab inferiore Sacerdo
absolvi petat, injunctum sit, ut se denuo
bis aut Substitutis nostris, pro Pœniten
& aliis conscientiæ directionibus, pour
deinde præsentet.

Et quoniam Salus animarum hac in u
noster unicus Scopus est, ut relaxatio
nihil Ministrorum Sacramenti Pœnitent
potestate, effectus à S. Matre Eccles
Nobis piè intentus crebrò, Spe facilio
veniæ, sublatis reservationibus, obtinea
volumus præterea, ut non tantum in
mnitatibus nuper expressis omnes ac sing
li Confessarii, nullo Statûs Parochialis
ordinis Regularis discrimine facto;
etiam singuli Religiosi in festivitatibus
Fundatorum suorum, intra Ecclesias
nis sui à Casibus sæpè dictis verè pœni
tes, citra necessitatem se denuo præsent
di, Sacramentaliter absolvere possint,
terquam à duobus casibus in sæpedict
vissima Declaratione Nostra expo
Quod ut omnibus ac singulis, ad quos
tinet, tum etiam publicis Scholarum
strarum Professoribus, opportunè &
annotescat, præsentis Declarationis
ex

exemplaria Rectoribus Magnificis, omnibusque Decanis Ruralibus, Custodibus, & localibus Religionum Superioribus, ac iis, qui independenter ab his in alterutra Diœcesi ad excipiendas fidelium confessiones authoritate Nostrâ destinati sunt, confestim insinuari jubemus. Datum in Castro nostro Montis Mariani supra Herbipolim die 18. Martii 1680.

PETRUS PHILIPPUS.

(L.S.)

§22. Declaratio III. expedita in usum utriusque Consilii Ecclesiastici Bambergensis ac Herbipolensis 13. Aprilis 1680.

Ne vel Confessarii, vel Pœnitentes, circa ea, quæ utrorumque munus ac Salutem respiciunt, in minimo hæsitent, proposita Nobis dubia circa reservationem Casuum præsenti declaratione & respectivè ampliatione duximus resolvenda.

I. An Confessarii recurrentes pro licentiâ, urgendi sint ad detegendam speciem peccati?

Resp. Id omnino faciendum esse: nisi periculum sit, ne expressâ specie casûs re-

fer-

servati, in Pœnitentium notitiam veri-
militer deveniatur.

II. An Confessarii Rurales recurrere pos-
sint pro licentia absolvendi à Casibus reser-
vatis ad quoscunque hac in re facultatem
subdelegandi habentes?

Resp. Affirmativè, in favorem Pœni-
tentium, ne personæ eorum facilè detegan-
tur: adeò ut ampliatæ sint quoad hoc prio-
res Constitutiones.

III. Quid intelligatur per Copulam in-
tentatam?

Resp. Commixtio turpis, etiam consum-
matâ peccati turpitudine non subsecutâ.

IV. Quomodo juvandus sit ille Confes-
sarius, qui sinè facultate præhabita abso-
vendo a Casibus reservatis, pœnam in De-
creto Nostro contentam incurrit?

Resp. Primò monendus est, quòd nu-
ter absolverit, adeoque personam non
solutam opportunè exhortari teneatur,
peccata sua clavibus rursum pro obtin-
remissione Sacramentali submittat. T
verò per eos, ad quos recurrerit, eidem
sinuandum est, ut tamdiu ab actibus
cramentalibus, quòquo prætextu hon
abstineat, donec rehabilitatus fuerit p
ctis interim precibus per viam secreta

à quibuslibet pœnis sibi impositis misericorditer absolvatur.

V. Quid agendum, si quis primùm ad Ecclesiam Catholicam accedens, in prima Sacramentali Confessione casus reservatos attulerit?

Resp. Concedimus, ut tales primâ vice ab omnibus etiam reservatis absolvantur.

VI. An nomine Parochi cum Parochiana turpia attentantis etiam hic veniat Cooperator, seu Capellanus?

Resp. Affirmativè.

VII. Quid si Filia Spiritualis semel tantùm Sacerdoti, ante peccatum cum eo commissum, confessa; vel eidem ignota fuerit?

Resp. Si nesciat eam esse Filiam suam Spiritualem, non incurrit Casum reservatum: secùs, si noverit, quòd vel semel tantùm in hac Diœcesi ei confessa fuerit.

VIII. An saltem Vicarius Noster in Spiritualibus Generalis absolvere possit à notorio Concubinatu, & Copula carnali cum ipsomet Confessario consummata; aliisque ad se post confessionem sacramentalem factam, vel auditam recurrentibus, facultatem ab iis absolvendi concedere?

Resp. Affirmativè.

IX. Qualia sint loca Peregrinationum,

in quibus Pœnitentes aliunde adventantes à Casibus reservatis possint absolvi?

Resp. Sunt loca miraculis, & Peregrinorum confluxu, extra utramque Residentiam Nostram, celebria: de quibus videri possunt resolutiones nostræ die 20. Decembris 1679 editæ.

Si quid porrò declarandum occurrerit, Benignitate Paterna Nos ad succurrendum omnibus & singulis debitè instituris offerimus: præsentes autem Declarationes & respectivè Ampliationes Nostras sub Manu & Sigillis nostris expeditas, pro forma directione, in Consilio Nostro Ecclesiastico asservari jubemus. Ex Castro nostro Montis Mariani supra Herbipolim 13. Aprilis 1680.

V.

523. *Ad n. 219. Sicut baculus Pastoralis ne quidem in propriis Regularium Ecclesiis deferri potest à Præsidente trato, coram Episcopo; ita nec Populari ab Illo benedictio, nisi petitâ prius Episcopo locali præsente licentiâ præcentem capitis inclinationem. Nec benedictio thuris, Diaconi, aquæ, ...*

ve subdiaconi ad deosculationem ma-
nûs ab alio, quàm ab Episcopo Locali, si
præsens sit, fieri debet, juxta Cæremoni-
ale Episcoporum, quod in similibus pro
Regula esse debet.

VI.

524. *Ad n.* 220. *Decretum sue Cel-*
situdinis de celebratione Missarum.

Tremendum Missæ Sacrificium exi-
git, ut non tantùm interior Status eorum,
qui ad illud peragendum accedere cupi-
unt, tantæ sanctitati Mysterii à se celebran-
di, quantùm per Dei gratiam par est homi-
nibus degentibus in hac vita mortali, re-
spondeat; sed & externus corporis habitus
religiosam modestiam & integritatem Sa-
cerdotalem præ se ferat; nec ullum celebra-
turis obstet Canonicum impedimentum:
quapropter etiam S. Tridentina Synodus
Clericos peregrinos sinè commendatitiis
Ordinariorum suorum litteris, ac univer-
sim quoslibet vagos & ignotos Sacerdotes
vetuit ullibi, absque localis Ordinarii licen-
tia ad Missas legendas admitti: vel quic-
quam, quod cum scandalo aut irreveren-
tia conjunctum esse valeat, tolerari, adhi-
bitis in subsidium, pro arbitrio Episcopo-

rum, cùm opus fuerit, adversùs prævarica-
tores gravioribus pœnis Canonicis, Eccle-
siasticisque Censuris.

Quod ut in ambabus Diœcesibus No-
stris, Bambergensi & Herbipolensi, tanto
strictiùs observetur, per præsentes univer-
sis Ecclesiarum, etiam Regularium, Recto-
ribus, Custodibus, Sacristis, Capellanis,
& aliis curæ vel custodiæ quarumlibet Sa-
cristiarum, Capellarum, Altarium &c. de-
putatis quoquo nomine venientibus, sub
pœna INTERDICTI PERSONALIS ipso
facto incurrendi, si per eorum aliquem in-
terit, prohibemus, ne quem in locis sibi
concreditis celebrare permittant, qui de-
centem habitum, togam videlicet talarem
infra suras pertingentem, & Clericalem
tonsuram non deferat, aut capillitio pro-
tem consuto utatur; vel annulum gerat
publicè & notoriè criminosus, aut vage
& ignotus sit; vel absque litteris Ordi-
sui recommendatitiis, à Nobis, sive alio
utro Vicario Nostro in Spiritualibus Ge-
rali, aut extra utramque Residentiam No-
stram à Parochis cujuscunque loci fuerit
recognitis compareat, vel ad ipsum alius
(quod solis Episcopis & Cardinalibus fas
paramentis supra illud positis se indecen-
lit; aut ullo denique impedimento Ca-
non

nico, de quo constet, irretitus existat. Ii verò, qui (sinè privilegio specialiter obtento & à nobis viso) sic celebrare præsumpserint, suspensionem Nobis reservatam ipso facto incurrant.

Et ut hæc Mens Nostra neminem lateat, jubemus, præsens Decretum in singulis earumbarum Diœcesum Nostrarum Sacristiis sive ad Ecclesiasticos, sive ad Regulares, etiam quomodoliber exemptos, pertinentibus; seu ubicunque, in defectu Sacristiarum, paramenta Sacerdotalia pro Missis extra Altare assumi consueverint, publicè in conspicuo loco affigi, sub interminatione gravis indignationis Nostræ, pœnarumque pro Nostro aut Vicariorum Nostrorum Generalium arbitrio infligendarum, omni spe remissionis præclusâ: ita quidem, ut publicatum & affixũ quoslibet obliget, non secùs ac si personaliter singulis insinuatum fuisset. Decretum in Castro Nostro Montis Mariani supra Herbipolim die 25. Majî Anno 1680.

(L.S.)

Huic accessit novissimè sequens Edictum:

525. Recens est eorum memoria, quæ pro conservanda in Episcopatibus Nostris

honestate Clericali die 28. Septembris Anno 1679. & die 25. Maji Anno 1680. ordinavimus, eo quidem successu, ut curtæ brevissimarum vestium, oblongiorum collarium, promissorum crinium, neglectæque tonsuræ abusus apud plerosque desierit. At quoniam non sinè gravi dolore experti sumus, in quibusdam durare etiamnum pristinæ temeritatis vestigia, adeòque alii propè censeri velle videantur, quam quales in admissione sui ad Clerum se fuisse professi sunt: hortante Nos ad eiusmodi tionem tam fœdi abusûs S. D. N. INNOCENTIOXI in virtute S. obedientiæ universis ac singulis cujuscunq; dignitatis, status, aut Ordinis Clericalis in alterutra Diœcesiũ Nostrarũ versantibus districtè præcipimus, ut infra spatium trimestre à die publicationis præsentis mandati, singulis mensibus singulas monitiones assignando, honestum habitum Clericalem ordini & statui suo congruentem, Parochi quidem, eorumdemque Cooperatores, ac universi Clerici in Ordine Subdiaconatûs constituti (exceptis ad Canonicos Ecclesiarum Nostrarum Imperialis Bambergensis, Cathedralis Herbipolensis, & Equestrium Comburgensium S. Burchardi exclusivè) in locis Residentiæ Nostrarum, ac beneficiorum suorum

& quoties celebrare voluerint, togas infra
suras, cum non brevioribus palliis, ubi his
utendum fuerit, tonsuramque & coronam
juxta modum die 28. Septembris 1679 præ-
scriptum continuò deferant: qui verò mino-
nibus duntaxat initiati; vel in dictis Impe-
riali Bambergensi, vel Cathedrali Herbipo-
lensi, vel Equestribus Comburgensi, aut S.
Burchardi Ecclesiis Nostris Præbendas Cà-
nonicales obtinent, iisdemque actu fruun-
tur, aut in S. Subdiaconatûs ordine consti-
tuti sunt; sicut & reliqui solâ licèt primâ
Tonsurâ potiti, crines modestos, absque
capillitiis arte factis, aut si extra Sacrifici-
um Missæ imbecillitas capitis ad id obstrin-
gat, de speciali licentia Nostra brevissima
tantùm, non tam ad fastum, quàm ad ne-
cessitatem composita, habitum nigrum, per
quem facilè discerni à Laicis valeant, & sal-
tem pallium ejusdem coloris infra suras
pertingens, nec non collaria ab omni inde-
centia ac vanitate remota in locis benefici-
orum suorum, & in conspectu Nostro de-
ferant, nec ullibi, ne quidem in itinerando,
vestitu laicali, vel, quod abominabilius fo-
ret, gladiis, nisi cùm per loca verè pericu-
losa transeundum fuerit, uti præsumant:
posito ob oculos Christi exemplo, qui cùm
nobilissimus sit & æterno Patri consubstan-

tialis Deus, non erubuit pro redimendis nobis veſtem noſtræ corruptionis induere, habitu inventus ùt homo. ut nemo nisi à Magiſterio Chriſti degener Clericus gloriosum ducere poſſit, habitum non vilitatis, ſed honoris ab Eccleſia, Dei nomine, ſibi in ſuſceptione primæ Tonſuræ conſignatum abjicere, reſumptâ ignominiâ habitus ſæcularis? Quod ut tantò firmiùs ac ſanctiùs obſervetur, pro iis quidem, qui primam tonſuram, vel qualemcunque deinceps dinem in alterutra Diœceſi Noſtra ſuſcepturi ſunt, citra perſonarum acceptionem, dinamus & volumus, ut nec ad illam, nec ad horum aliquem quoquo præterea rent nec admittantur, nisi priùs juramentum ſequens coram Nobis, aut Vicario ſtro in Spiritualibus Generali, vel alio Nobis deputando, emiſerint:

Ego N.N. promitto, & juro me ſtaturum deinceps honeſtum habitum Clericalem juxta formam à Celſiſſimo Reverendiſſimo Principe & Domino PETRO PHILIPPO Epiſcopo Bambergenſi ac Herbipolenſi &c. die undecimâ Junii, Anno 1680 præſcriptam, nec ab ea receſſurum quacunque de cauſa

jure non expressa, vel ab Ordinario meo non approbata, licèt major pars secùs faceret; & non obstante quocunque non usu introducto, vel introducendo. Quæ omnia & singula juro & promitto me servaturum in posterum, remotâ quâcunque explicatione, interpretatione, aut restrictione, secundùm sensum litteralem præsentis promissionis & juramenti à Celsitudine suâ intentum. Juro insuper & promitto me non petiturum absolutionem ab Ordinario meo, aut quocunque alio facultatem habente, etiam à S. Pontifice, nisi cum mentione expressa, quòd hoc juramentum à me præstitum, injunctum mihi fuerit in susceptione Primæ tonsuræ, vel singulorum ordinum, ad promovendam Ecclesiasticam disciplinam. Ita me DEUS adjuvet & hæc SS. DEI Evangelia.

Quantum ad alios verò, jam ad Clericalem Statum admissos, aut in quibuslibet Ordinibus constitutos, vel beneficiorum officiorúmve Ecclesiasticorum redditibus fruentes, ordinamus atque mandamus, ut

infra spatium temporis assignati, volunta-
tem hanc Nostram, sub pœnis suspensionis
ab ordinibus, officio, beneficio, ac fru-
ctibus, redditibus, & proventibus ipsorum
beneficiorum ipso facto jncurrendis, in vo-
latè adimpleant; siqúe semel à Nobis con-
repti, denuo in hoc deliquerint, certi sint
se per privationem officiorum & beneficio-
rum ejusmodi coërcendos esse. Et quan-
am habitûs externi decentiæ, morum ho-
nestas usque quaque congruere debet, re-
petita hic insuper volumus omnia ac singu-
la à Nobis ad eam propagandam, hucusque
præscripta salvis SS. Canonum, Concilio-
rumque decretis, & Apostolicis constitu-
tionibus quibuscunque In cujus rei fidem
præsentes manu nostrâ subscriptas Sigillo
nostro jussimus communiri. Datum in Ca-
stro Nostro Montis Mariani supra Hier-
polim die 11. Junii, Anno 1680.

Petrus Philippus E. B. & H.

(L.S.)

VII.

526. *Ad n. 230. Ex Decreto suæ Cæsa-
dinis suprà pro parte citato, in pro-
Bambergæ 6. Aprilis 1679. in fine.*

Concionatores denique (post emissam in alterutro consilio Nostro Ecclesiastico professionem Fidei) pro qualitate loci & status, sive approbati à Nobis, sive Benedictionem consecuti, ab inutilibus quæstionibus, jocis, historiis apocryphis, prædictionibus, calumniis, sermonibusque seditiosis abstineant; nec ficta miracula, aut falsas indulgentias prædicent; vitia, ea præsertim quæ frequentiora vel magis nociva perspexerint, graviter reprehendant, quin tamen aliquem lacessant seu notent in publico; plebem crebrò summæ obligationis suæ de liberis in viam DEI dirigendis commoneant, & ne Parentes, Tutores, Ludimagistri, aut Patres familias teneram ætatem aut familiam suam mendaciis, juramentis, blasphemiis, detractionibus, turpiloquiis, aut noxiis ludis assuescere sinant; efficaciter etiam omnibus suadeant, ut in Ecclesiis silentium ac Christianam modestiam servent, inveterata odia pro amore Christi sincerè dimittant; occasiones peccandi fugiant, neminem lædant, suum cuique tribuant, seque vitâ ac moribus tales assiduè comprobent, quales decet esse Christianos.

VIII.

527. *Ad n. 262. Cùm ad Celsitudinem suam transmissæ fuerant à S. Sede Apostolica propositiones à S. D. N. Innocentio XI. 2. Martii 1679. prohibitæ: Celsitudo sua earundem publicationi hoc Decretum præmisit.*

Cùm nihil sit, quod publicos tam Universalis, quàm particularis cujusque Ecclesiæ mores magis concutiat, quàm si vel ovium nobis commissarum curæ quilibet passim manus admoveant; vel sua opinandi licentia cuique ad libitum permittatur, in iis maximè, quæ doctrinam morum internumque animi statum concernunt; occasione ultimorum SS. Patris ac Domini Nostri, D. Innocentii Divinâ Providentiâ Papæ XI ussuum publicatorum Romæ hoc anno currente die 2. Mensis Martii, Nobisque denuntiatorum die 6. Aprilis, continentium damnationem & prohibitionem certarum propositionum infra referendarum, ad exemplum Operis à felicis recordationis Alexandro VII. P. O. M. cepti: Episcopalis sollicitudinis nostræ partes esse judicavimus, ut & pro obsequio S. Sedi Apostolicæ debito, & ad arcendum ab utraque Diœcesi Nostra

Nostra omne confusionis, nimiæ laxitatis, scandalorum, ac perversionis periculum, Sequentes respectivè Constitutiones, damnationes, & prohibitiones evulgaremus, prout hisce evulgamus easdem, piè confidentes de omnibus ac singulis cujuscunq; prærogativæ, Religionis, aut statûs intra alterutram Diœcesim nostram versantibus, maximè verò Ecclesiasticis & Religiosis muneris operariorum gerentibus, quatenus ex prædictis aliquid eos vel aliquem eorum concernere videbitur, fore, ut hanc sanctæ Sedi Apostolicæ obedientiam; Nobis autem (ultra devotionem Nobis vel Prædecessoribus Nostris, in vim indultorum ac juris alterutri Ecclesiæ Nostræ competentium, hactenus præstitam, atque ut Supremo Pastori & Antistiti in iis, quæ concreditarum Nobis animarum curam respiciunt, debitam) suum insuper circa procurandam quorumlibet periculorum in utraque vel alterutra Diœcesi nostra exclusionem studium exhibere non intermittant.

Professoribus autem Nostris in Academia Bambergensi, vel Universitate Herbipolensi publicè legentibus districtè præcipimus, ut annuatim primis à renovatione studiorum diebus omnia & singula hoc Decreto Nostro contenta Auditoribus SS Canonum

nonum, & Theologiæ Moralis è Cathe-
dicent; eundemque in finem prohiben-
ne quicquam in alterutra Diœcesi No-
posthàc imprimatur, absque præ-
Authoritate, approbatione, & specia-
centia Nostra, quiqui etiam qualitcum-
compositionum Authores, vel Thesium
sputationúmve Præsides aut defensores
erint: secùs, non minùs ac alii seditionis
varicatores, si qui existere ausi fuerint
ter Censuras singulis Constitutionibus
Prohibitionibus Authoritate Apost.
contra earundem violatores inferas-
cursuri justam indignationem Divi-
competentibusque Nobis de jure
compellendi ad fidelem earundem ob-
tionem; ac respectivè voluntatis N
executionem.

Qua in re ne quis ignorantiam ma-
prætexere queat: volumus, ut om-
singuli Superiores Communitatum
rumlibet sive Ecclesiasticarum, sive
giosarum, etiam Seminariorum,
sumptum præsentium litterarum
rum, & omnium iis annexorum,
tim bis, videl. in festis Pentecostes
Natalitiis: Commissarii autem N
singulis Congregationibus Capi
Ruralium à capite ad calcem pub-

gi faciant, tergiversatione quâvis postpo-
sitâ.

In cujus rei fidem præsentibus hisce litte-
ris Nostris post Constitutiones & Prohibi-
tiones Apostolicas de verbo ad verbum fi-
deliter, unà cum particularibus monitis
quibusdam, adiectas, Nomen nostrum ad-
scripsimus; atque tum has, tum earundem
Transumpta jussimus majore Sigillo nostro
communiri. Bambergæ in Urbe Nostra
die 6, Aprilis 1679.

IX.

529. Ad n. 293. Copia Decreti ad suæ Celsitudinis Vicarium Bambergæ in spiritualibus Generalem & Consiliarios Ecclesiasticos directi.

Tanta est Divina benignitas, ut, cùm
omnes salvos fieri velit, & ad orthodoxæ
veritatis agnitionem venire, quos depravatæ
rationis, coævorumque errorum cala-
mitas eò pertingere vetat, externa saltem
vis signorum convincat, dato ad commen-
dandum unius DEI cultum, veramque Re-
ligionem propagandam, Ecclesiæ hoc insi-
gni charismate, ut (quoties DEO expediro
visum fuerit,) contestationem Religionis
ac cultûs Divini prodigiis & signis confir-
met.

met. Quale quid cùm etiam novissimè ditionibus Electorali Domui Bavaricæ jectis, quarum pars aliqua Ordinariæ dictioni nostræ paret, non sinè magno riæ Divinæ augmento, populique solatio visum fuisse dicatur, operante DEI Nomine mirabilia complura P. Marco ab Aviano Capuccino nuper Monachii commorato, ùt ab Ipsiusmet D. Administratoris Electoratûs Bavariæ Dilectionis litteras die 6. Junii 1680. ad Nos datas cepimus: partium Nostrarum est, ut ma cum diligentia in seriem rerum dem gestarum (quatenus quidem Di nos Nostros respexerint) authoritate stri ordinariâ inquiramus, idcirco clementissimè demandantes, ut dilecti fidelibus Parochis Nostris p. t. exist bus Auerbaccensi & Bühlensi, tanq Viris prudentibus, discretis, & in The gia fundatis, primam hujus negotii sionem committatis, injungentes Nomine nostro, ut, adscitis in sui co um viris medicinæ peritis, ipsosmet nes à prædicto Patre Sanatos, ac tes omnia habiles, atque Juramento spec dicenda veritate obstrictos, de un scitu necessariis, videlicet de statu præhabiti, e, usablatione, omnibus cir

stantiis, rationibus suorum dictorum, & causis scientiæ &c fideliter & accuratè exa-
minent, depositionesque singulorum sin-
gulis iteratò prælectas à deponentibus; aut
siqui horum scribere nescient, ab aliis per
ipsos deponentes constituendis atque ro-
gandis, in eorundem præsentia subscribi fa-
ciant; Universumque processum unà cum
relatione à Commissariis prædictis & ad-
junctis Medicis subscriptum, singulorum-
que sigillis munitum contestim transmit-
tant ad Nos, quod in Domino faciendum
videbitur, & aliàs per SS. Canones Aposto-
licasque Constitutiones sancitum est, ul-
teriùs peracturos. Vestrum erit, rem ita
disponere, ut præsentes Clementissimi jus-
sus nostri maturè, cautè, ac seriò, prout tan-
tæ rei gravitas postulat, executioni man-
dentur: prout de fide atque prudentia ve-
stra confidimus, benignissimoque affectu
Nostro Vobis constanter addicti manemus.
In Castro Nostro Montis Mariani supra
Herbipolim die 17. Junii 1680.

X.

Ad n. 358. Formula litterarum Requisitoriarum.

529. Paternitatem tuam latere non po-
test, quantâ maturitate à Jure sacro provi-
sum

sum sit, ut Religiosus exemptus, intra cl
strum degens, si extra hoc ipsum scandal
sè deliquerit, instante Episcopo, à Reg
Superiore suo intra tempus ab E
præfigendum severè puniatur; & idem
perior Episcopum de punitione
faciat: sin minùs, ille à suo itidem
ore privetur officio, & delinquens
scopo puniri possit. Cùm igitur
die mensis extra mon
constitutus, non sinè gravi Scandalo
li &c. ùt Paternitas Tua ex copia
sûs abunde conspiciet; de Justit
Zelo minimè dubitantes, benevol
rendam duximus Paternitatem
præsentes, prout & Ipsam requir
hominem scandali tam gravis
juxta qualitatem delicti sui, ad
prum Regulæ Sacri Ordinis Tui,
Juris Canonici intra trium hebd
spatium severè castiges; deque
versùs illum susceptа Nos redd
tiores. Faciet in hoc Paternitas
quod S. Sedes Apostolica jubet, ac
na Ecclesiæ exigit, Nosque sibi ac
Ordini, & præcipuè hujati Cœnob
per habebit clementer addictos,
&c:

Responsum Religiosi Superioris localis.

Acceptis die Mensis labentis humillima cum veneratione litteris Celsitudinis Vestræ, quibus pœnam adversùs F.N. cum non modico populi Scandalo N. Reum exigere dignata fuit, clementissimè exspectando à me intra trium hebdomadum spatium Canonicam notificationem sententiæ factæque ejusdem executionis; ad penitiorem delicti inquisitionem processi, datis Reo defensionibus suis, compertâque delicti gravitate conjunctâ cum Populi Scandalo, ad præscriptum Constitutionum nostratum, privavi eundem &c. & monastico carceri per N. mancipari feci. De qua punitione dum juxta S. Sedis Apostolicæ placitum, Celsitudinem Vestram per præsentes humillimo cum respectu certiorem facio, Celsitudini Vestræ devotissimas pro cura tam provida gratias ago; meque ac Conventum mihi concreditum constanti Ejusdem propensioni & Clementissimo affectui demississimè commendo, &c.

XI.

530. *Adn. 373. Contradictoriales & Requisitoriæ D. Abbatis & Venerabilis Con-*

Conventus Monti S. Michaëlis versùs Impostorem Henricum Van T

Nos infrascripti Abbas & Conven Monasterii S. Michaëlis Ordinis S. Ben dicti prope Bambergam, de licentia Cel simi & Reverendissimi Principis & Dom ni D. PETRI PHILIPPI Episcopi Bam bergensis ac Herbipolensis, S R I. Princ pis, Orientalis Franciæ Ducis &c. Princ pis, Ordinarii, ac Diœcesani nostri Cl mentissimi, notum facimus, erupisse in partibus famam, ex Bavaria, & Diœcesi tisbonensi, de Patre quodam Henrico V Belga, professo (ùt ipse quidem hic affin rat) in Monte Cassino, quòd apud divers Principes & Abbates impudenter jactav rit, se esse Abbatem memorati Conve nostri: quod cùm non tantùm pug cum propria Ejusdem confessione i inscriptis relicta; verùm etiam palàm mnibus notum sit, me Abbatem etiamnu in statu & dignitate Abbatiali persist nec unquam de prædicti vel Alterius Pa actuali electione aut postulatione fuer enda à Nobis Conventualibus cogitatu tuisse, quamdiu Reverendissimum D. batem nostrum Divina Bonitas in hac ra & Abbatiali dignitate sua servav

Hinc rogamus eâ, quâ par est, humilitate, devotione, ac humanitate, omnes DD. Nuntios Apostolicos, Episcopos, & alios Antistites ac Præsules, etiam extra Germaniam, in quorum districtibus, Diœcesibus aut Conventibus hic Impostor repertus fuerit, ut prædicto Titulo iniquè assumpto eidem interdicere; & tanquam criminis Falsi Reum tractare non graventur: inventuri nos vicissim ad quæque servitia & officia religiosa paratissimos. Datum in Monasterio Montis S. Michaëlis die Tertiâ Augusti Anno Domini 1679.

(*Sigillum majus Abbatiale*)
Romanus Abbas.

(*Sigillum majus Conventûs.*)

Hic subscripta sunt omnia Nomina Conventualium præsentium.

XII.

Ad n. 381. Manifestatio causarum, ob quas Celsitudo sua suppressit Institutum Clericorum in commune viventium.

531. Von GOttes Gnaden Wir PEter. PHILIPP Bischoff zu Bamberg

berg und Würtzburg/deß H. Röm. Reichs
Fürst/auch Hertzog zu Francken/ꝛc. [illegible]
bieten Unseren Vicario in Spiritualibus
Generali, Geistlichen Räthen / Se[illegible]
gern / und Beneficiaten Unsers H[illegible]
Stiffts Würtzburg sampt und [illegible]
Unseren gnädigsten Gruß zuvor/und [illegible]
zuwissen / wie folgt: Wie rühmlich [illegible]
ser in GOtt ruhender geehrter Herr [illegible]
fahrer Johann Philipp Chur-Fürst [illegible]
Ertz-Bischoff zu Mayntz / Bisch[illegible]
Würtzburg und Wormbs / auch H[illegible]
zu Francken/ꝛc. dahin getrachtet [illegible]
in diesem Uns nunmehro von GOtt [illegible]
trauten Hoch-Stifft Würtzburg [illegible]
gute Bestellung deß allhiesigen Se[illegible]
und Einführung löblicher Disciplin [illegible]
dem gesambten Clero die Seelsorg [illegible]
beste eingerichtet werden mögte / [illegible]
hochgedachten Unsers Herrn Vor[illegible]
billichem Nachruhm euch sattsam [illegible]
Weilen Wir aber unterwehrender [illegible]
Regierung mit grossem Mißfallen [illegible]
nehmen müssen / daß durch die zu [illegible]
End angenommene Vorsteher nicht [illegible]
von mehr hochgemeldten Chur-Fürst[illegible]
heylsamen Vorhaben in vilen abge[illegible]
sondern zu dieses Unsers Hoch-S[illegible]
mercklichem Nachtheil allerhand [illegible]

unter der Hand eingeführt worden/ in dem man erstlich in Quæstion ziehen wollen/ ob Wir Unsern Alumnis in allen und jeden allein zubefehlen hätten / oder leyden müssen/ daß neben Uns ein ausser Land wohnender Uns weder mit Pflichten noch auff andere Weiß zugethaner Clericus Unserem allhiesigen Clero zugebieten und zu verbieten hätte: Worauff erfolget/ daß Uns und Unseren nachgesetzten Geistlichen Räthen das meiste / so gedachter Unserer Alumnorum-Stand betroffen/ fleissig hinderhalten/ zu dem außländischen von ihnen also genennten Præside Universali aber/ mit præterirung Unserer / der Recurs genommen; ja die Sach an Seiten erstgewehnten Præsidis Universalis also hoch getrieben worden/ daß Unserem Clero unter seiner Direction allerhand neue Constitutiones, und onera auffgebürdet/ und die Interpretation oder Declaration deß von Uns/ oder Unsern Herrn Vorfahrern vorgeschriebenen/ und uns allein beschehenen Juraments, wider alle Gebühr/ ihm und seinen nullâ authoritate publicâ beygesellten Præsidibus Diœcesanis allein vorbehalten werden wollen. Dann drittens den armen Eltern von ihren geistlichen Söhnen/ unser allerhand an Seiten der Obern

einge-

eingewendeten prætexten / geringe
biß dato geschehen ; und anderer
zu geschweigen / der Weeg zu einer
lässigen Exemption, ihren Pflichten
der / wie auch zu frembder weltlicher
tection alles Ernsts gebahnet worden
haben wir in Unserm Gewissen der
Gefährlichkeiten länger nicht zu
können / sondern die Obsicht Unsers
sigen Seminarii einem Uns allein
nen tauglichen Alumno und der
Schrifft Doctori gnädigst
und weilen sich der vorige Præses
chert / daß von Uns zu Conservirung
rer Bischöfflichen Rechten vorgeschrie
ne Juramenr abzulegen / gnädigst
net / daß er solcher General-Direction
rer Alumnorum durch dieses
nicht minder / als die auff dem Land
sene Coadjutores, enthoben ; Unser
mai aber / sampt dem übrigen Land
einig und allein an Uns / Unserem
setzten Geistlichen Rath / und
districts Dechanten / und
schuldigstem Respect und
dann im übrigen auff die Decreta
Tridentinæ de vita & honestate
rum, wie auch auff alle löbliche
ones & consuetudines hujus

mit angewiesen seyn sollen. Zu dessen wahrer Urkund Wir allen und jeden Geistlichen Räthen / Dechanten / und Seelsorgern Unsers Hochstiffts Würtzburg einen Abdruck dieses gegenwärtigen von Uns eigenhändig unterschriebenen und gesiegelten Decrets zuzustellen anbefohlen. Decretum auff Unserm Schloß Marienberg ob Würtzburg den 30. Octobris 1679.

(L.S.)

XIII.

Ad .381. in fine: Decretum suæ Celsitudinis concernens Seminarium, vitam ac honestatem Clericalem, obstringensq; Parochos ad annua exercitia Spiritualia.

532 Cùm nihil sit Reipublicæ Christianæ ad obtinendum finem beatitudinis æternæ salutarius; quàm si gregi fidelium de probis, doctis, zelosis, ac prudentibus animarum pastoribus provideatur: laudabilibus DD. Prædecessorum Nostrorum vestigiis insistendo, illud Nobis cum primis hactenus cordi fuit, ut tum in Seminario Nostro Herbipolensi, tum per universam hanc Diœcesim eæ adhiberentur cautelæ atque in-

 dustriæ,

dustriæ, è quibus expectari indubiè posse fructus intentus. Et quoniam nihil magis ad solidam tanti moliminis prosecutionem proficere posse advertimus, quam si pro-lumnis non minùs, quàm cæteris Herbi-lensi Clero Nostro addictis, certæ quæ perpetuò valituræ Regulæ, tanquam fundamentum ac basis, tam propriæ, quam alienæ salutis procurandæ, præscriberentur ad tricipitis illius Hydræ, *ignorantiæ, pravitatis morum, ac negligentiæ* (quam Clericis sive in animarum cura, sive in alia statione locatis potissimùm officere consuevit) perniciosa capita resecanda, pro commisso Nobis munere Spiritualem gladium adhibituri, DEI nomine ordinamus, volumus ac præcipimus.

1. Ne ignorantes sive ex ingenii, sive seriæ applicationis defectu ad sublimem dignitatis Clericalis statum assumantur (quod deterius est) animarum curæ præfiantur, *à* Consilio Nostro Ecclesiastico, Universitatis Nostræ Professoribus Publicis, imò & *à* Parochis locorum eò annitendum esse, ne homines planè stupidi cum temporis & Reipublicæ jactura in scholis demeantur, & postmodum ad Patronorum authoritate pollentium preces, vel ex commiseratione aliqua, quæ potiùs ob proficientiam

indè damna in animas talibus committendas summa crudelitas est, ad statum Clericalem admittantur. Et quoniam Nos Ecclesiastici, præ Laicis, ad præstanda Christianæ Charitatis Officia obligamur, Parochorum, imò & plerorumque Clericorum erit, ut capaces parvulos ad ædes suas assumant, quos non tantùm in elementis linguæ latinæ, & aliis ad bene formandos mores ac serviendum sibi & proximo necessariis instruant; verùm etiam individuos vitæ & actionum suarum testes ac comites habeant.

Dum verò in publicis scholis dato suæ habilitatis specimine propiùs ad amplectendam Clericalem vitam accesserint, à Confessariis & Professoribus suis crebrò monendi erunt, neminem deinceps ad hanc vitam suscipiendum esse, qui non eò usque in moribus ac litteratura profecerit, ut non jam aliorum patrocinio, sed propriâ virtute atque scientiâ ad sæpedictum Clericalem statum provehi mereatur.

Qua in re vigilabunt potissimùm Consiliarii Nostri, ut Candidati publica morum ac studiorum testimonia afferant; superatóque rigoroso examine, per triduum in Seminario nostro habilitatem & vocationem eorundem diligenter explorent.

Qui autem Sacro Presbyteratûs Ordine jam obtento, in actuali animarum cura instituti fuerint, ita se sive cum Capellanis quos habuerint; sive soli in Theologia morali & studio controversiarum fidei solerter exerceant, ut in urbem nostram vocati, sicut & in Capitulis Ruralibus coram Commissariis Nostris ad functiones ejusmodi deputandis, cum honore subsistant. Qui ad Alumnos verò actu studentes, exercitationes solitæ in Seminario nostro accurate observabuntur. Ad quod ne quis facilè ineptus aut reprobus cooptetur, Consilii nostri Ecclesiastici & Officialium Seminarii erit, in supplicantium habilitatem & vocationem omnibus modis inquirere, ne quid inutiliter in malè merentes conferatur.

2 Quia porrò non tantùm doctrinâ, sed & piis moribus sanctæque conversationis exemplo Clericum in Domini sortem adfectum, maximè Sacerdotem, animarum Antistitem, præcellere oportet; præter educationem honestam, illud quoque ab initio statim in hominibus ad Clericatum aspirantibus præcavendum videtur, ne velut ordinato erga bona temporalia sive quærenda & conservanda, sive irrationabiliter dissipanda affectu; vel solitariâ sinè habili teste commoratione; vel periculosâ cum

G I
35

mulieribus cohabitatione, ad illicita & scandalosa persæpe ferantur: Quo ad *educationem*, cum Alumnis Nostris consueta pietatis exercitia continuari quàm strictissimè volumus. Quo ad alios verò extra Seminarium nostrum constitutos, eorum, penès quos degunt, & sub quibus student, conscientiam oneramus, ut coram Consilio nostro Ecclesiastico interrogati fideliter edisserant, qualem in illis sanæ pietatis fervorem, vitæque rationem deprehenderint, districtum aliquando ad Tribunal DEI subituri judicium, si dolosâ, vel minùs sincerâ informatione cooperati fuerint ad perniciem animarum. Et ne fortè juvenes scholas inferiores emensi licitum sibi putent, seclusa asperioris disciplinæ metu, quidquid ipsis etiam contra Deum & honestatē libuerit; noverint universi, qui quidem in hac Diœcesi nostra ad statum Clericalem aspiraverint, neminem ad ullum sive majorem, sive minotem ordinem, imò nec ad tonsuram quidem admittendum esse, qui non menstruatim bis ad minimum ad sacramentalem Confessionem, & sacram Communionem accesserit, publicumque obsequii Nobis hac in re præstiti testimonium sæpedicto Ecclesiastico Consilio nostro exhibuerit.

Adversùs *inordinatum* illum, de quo
prà, *affectum*, quatenus quidem immensum
corradendarum, servandarumq; opum stu-
dium respicit, primò laudabiliter per cano-
nes sacros sancitum est, ne Clerici mere-
turam, negotiationem, similémve turpem
quæstum sectentur. à quibus citra graven
DEI offensam & amplissimi statûs Clerica-
lis ignominiam recedi non potest. Quan-
tum deinde ad beneficiales proventus, o-
mnibus notum est, quidquid exinde super-
fuerit Clericis, sive ex charitate, sive ex ju-
stitiâ (quarum neutra sinè peccato violari
potest) in subventionem pauperum, aliosve
pios usus erogandum esse. Quod sicubi
Clericis officiorum suorum oblitis negle-
ctum viderimus, muneris nostri erit, assi-
gnare quandoque usus, in quos facultates
superfluæ è beneficiis collectæ impendan-
tur. Ne verò sublatis avaritiæ sordibus di-
spendiosa prodigalitas substituatur, Defi-
nitorum, Decanorum, & Consiliariorum
nostrorum Ecclesiasticorum, maximè Fi-
scalis Officium erit, eos, qui ludendo, bi-
bendo, circumvagando, vel aliter nec finem
nec modum dissipationum fecerint, fideli-
ter denuntiare, ut maturè intra honestatis
terminos contineantur, aut si ita visum fu-
erit, domui demeritorum, usque ad conce-
ptio,

ptionem ac emendationem condignam, immancipentur.

De *solitaria habitatione* non diffitendum est, quibus ea persæpe periculis ac malis inveniatur obnoxia, tum ob otium, tum ob frequentes occasiones ad quasliber labes &c: quam ob causam sollicitis studiis hactenus eò contendimus, ut Parochis quo ad usque per commoditates locorum ac fundationes liceret, unus vel plures cooperatores aut beneficiati adjungerentur. Ne tamen, dum spirituali Parochorum bono intendimus, publica animarum salus, ex unione Parochiarum, in quarum singulis præsentia Pastoris necessaria est, in periculum abducatur, volumus ut singulis locis, singuli Pastores residentiâ personali cohabitent atque præsideant: qui si fortasse ob tenuitatem proventuum alere penès se cooperatorem non possint, vel ob exilitatem loci tali quopiam non indigeant, puerum saltem bonæ spei ac indolis secum assument functionesque suas per integrum diem ita distribuent, ut nec otio, nec comessationibus vel aliis indignis occupationibus locum dent, & si quando vel domi, vel extra cum fœminis quibuscunque agendum fuerit, nunquam Achatis sui consortio destituantur. In quam rem, utî & in temporis di-

distributionem, Visitatores nostri studiose inquirent.

Quod si verò plures Clerici, prout corde optamus, simul commorati fuerint, hic conversationis eorum profectus erit, ut unitis precibus, studiis, consiliis & exemplis vocationem suam perfectè adimpleant, sæcularium familiaritatem quandoque nocivam devitent, & irremisso fervore ad DEI cultum ac animarum salutem conspirent. De Alumnis autem nostris studiorum causâ in Seminario constitutis perpetuò cautum esto, ne vel in Seminario, vel extra illud ipsum in Urbe cum Sæcularibus cœnent aut prandeant, vel aliter, (nisi quatenus summa necessitas ac Superiores voluerint) conversentur.

Quanta pestis Clericorum sit assidua *cum mulieribus* etiam bonis *conversatio*, docent frequentes cum iisdem lapsus, nullos eos subinde à tanta fæditate minis aut pœnis absterrentibus. Quapropter ut ignis paleis, quantum in Ecclesiastica nostra Republica, secundùm præsentem fundationum ac rerum statum licuerit, quàm maximè arceatur, districtè præcipimus, ut omnes ac singuli, qui per viros remotissimè administrare potuerint, eorum operâ duntaxat utantur. At si talis Oeco-

nomus

nomiæ necessariò gerendæ status fuerit, ut mulieres intra domum Clericalem admittendæ sint, non quælibet absque delectu, sed matres aut sorores, si haberi possint, vel eiusmodi saltem personæ suscipiantur, quas sanctitudo morum, & provectior ætas extra suspicionem criminis tam fœdi constituit, eâ insuper separatione factâ, quæ ipsos etiã Clericos ab omni periculo & occasione scandali liberet: id quod facillimè fiet, si præter ancillam pueralatur, per quem, vel quo præsente Clericus necessaria jubeat, quique individuus ejusdem, quoties cum muliere tractandum erit, comes & vitæ testis extiterit. Præterea Directores Exercitiorum Spiritualium optimè facient, si Clericis fideliter suaserint, ut menstruatim per votum se obligent ad nunquam admittendam ad se solos mulierem, omnemque cum fœminis familiarem aut non necessariam conversationem, & ebrietatem lasciviæ Prodromam, ut pestem, devitandam.

3. *De negligentia* denique operariorum, hoc unum subjungimus, nullum aptius huic malo reperiri antidotum, quàm si bene exerceantur in Scholis, & in collatione beneficiorum diligentiores ac præstantiores minùs merentibus præferantur; In Visitationibus ac Capitulis Ruralibus diligen-

ter examinentur, maximè de functi
ad se spectantibus, quotidianis me
nibus, lectionibus Spiritualibus &c.
præcipua nostrorum Consiliariorum
canorum, ac quorumlibet Visitatorum
ra erit. Atque ne conceptus in prima
Clericalis susceptione fervor tempo
gressu tepescat, seriò insuper & sub
minatione judicii Divini, Nostris V
in Spiritualibus Generali, & Consi
clesiasticis, per præsentes injungim
omnes ac singulos in hac Diœcesi
curæ animarum præstitutos, per vice
annuatim in Urbem Nostram ad
Spiritualibus exercitiis per quatrid
domo Alumnorum nostrorum incub
hoc quidem ordine, ut in prima die
thodi concionandi, tempore pra
ram Regente, Subregente, & Alum
stris, publicum specimen edant, N
que Vicario in Spiritualibus Genera
scali, conciones per annum habitas
gnationem quorumvis proventuum
tam omnium eorum, quæ jussi fuerint
significanda ipsimet putaverint, fi
exhibeant: reliquum verò triduum
tiis Spiritualibus & dietim horam un
dio & repetitioni Theologiæ pastoralis
tinentis ea, quæ Clericum in ordine

Deum, & proximum perficiunt, duntaxat impendant. Præcipuis solùm festivitatibus, Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Septimanæ Sanctæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Omnium Sanctorum, Patrocinii aut Dedicationis Ecclesiæ, quibus singulos in locis sibi commissis personaliter adesse oportet, exceptis) Et quia duos vel plures simul advocare necesse erit, onus concionandi uni ex illis deferetur per sortem, cæteris ad id solùm obstringendis, ut edant inter reliqua etiam concionem præ ea die confectam.

Cæterùm ut in sæpe dicta domo Alumnorum nostrorum omnia rite ac citra confusionem gerantur; nullus in ea constitutus, sive ùt Officialis, sive ùt exercitandus, sive ùt Alumnus, sive ùt demeritus, sive quocunque titulo, quicquam aliò scribat, mittat, aut alibunde recipiat, sinè speciali Directoris, aut in hujus absentia Regentis præscitu: utque facilius observari possint intrantes ac egredientes, Subregens, aut Subregenti ad unctus conclave suum in loco prominente habeat, cujus obtutui porta ac Janitor ugiter pateant, ita quidem ut citra illius, vel Regentis, aut Directoris placitum nulli inquilinorum; extraneis autem nullatenus ultra atrium concedatur accessus,

sus: Quæ res cùm à fide servorum
mùm pendeant, nullus ex illis, quoq
mine veniet, sinè expresso Direct
Nos constituti consensu suscipiatur,
dimittatur.

Et hæc sunt, quæ pro Episcopalis Offi
Nostri debito duximus seriò inculcand
referentes Nos insuper ad Decretum
strum die 6. Aprilis 1679 typis evulgat
sicut & ad reliquas constitutiones, ac
consuetudines hujus Diœcesis Nostræ
bipolensis. Ne verò præsentis volunt
Nostræ ignorantia vel oblivio præ
quopiam valeat, Clementissimè præ
mus, ut annuatim hoc Decretum Nost
Directorio Diœcesis Nostræ Herbipo
apprimatur; & infra Octavam Epip
in Scholis Philosophicis ac Theolog
nec non in Seminario Nostro publicè
legatur. Decretum in Castro Nostro
tis Mariani supra Herbipolim 21. Oct
1679.

PETRUS PHILIPPUS.

(.LS.)

Iuramentum Alumnorum Herbip
lensium.

538 Ego N. Celsissimi Reveren

que Principis ac Domini D. PETRI PHILIPPI Episcopi Bambergensis & Herbipolensis, S. R. I. Principis, Orientalis Franciæ Ducis &c. Domini Nostri Clementissimi, & Ecclesiæ Herbipolensis Alumnus, promitto coram DEO & sanctis Ejus, & his suæ Celsitudinis Commissariis, omnimodam subjectionem, obedientiam, & reverentiã Clementissimo Dn. meo Episcopo Herbipolensi, & suæ Celsitudinis successoribus canonicè intraturis, fidelemque curam animarum in hac Diœcesi Herbipolensi mihi committendarum; promitto insuper me gestaturum continuò habitum Clericalẽ juxta formam à Celsitudine sua die undecimâ Junii, Anno millesimo sexcentesimo octogesimo præscriptam, victurumque deinceps juxta Clementissimum Ejusdem Decretum die 21. Octobris Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo nono condi-tum. Juro denique & promitto, me in hac vocatione mea clericali, sub sola Episcoporum Herbipolensium directione, constanter perseveraturum, nec ad Religionem aliquam, aut quemcunque statum, seu quodlibet Institutum non plenè solis Herbipolensibus Episcopis subjectum, vel cum aliis Congregationibus extra hanc Diœcesin existentibus quoquo modo connexum, absque

que speciali regnantis pro tempore Epis-
pi consensu, nec nisi factâ priùs sumptu
pro me in Seminario vel aliàs ab Herbip-
lensi Ecclesia impensorum refusione, m
graturum, aut tali sub quoquo prætex
me associaturum. Ita me Deus adjuvet, &
hæc sancta Dei Evangelia.

XIV.

*Ad n. 383. Reversales & Salvus Con-
ductus Reverendissimi Domini Roman
Abbatis Monasterii Montis S. Michae-
lis ord. S. Benedi.*

*Supplicatio Ejusdem Abbatis pro sal
Conductu.*

534. Reverendissime & Celsissime Pri-
ceps ac Domine, Domine Clementissi
Arbitror jam Reverendissimæ C. V. p
Consiliarium suum Dominum Joann
Fridericum Karg relatum esse, quòd nego-
tium tractatum in stetten, inter ipsum
me per Dei gratiam plenè fuerit termi
tum, ita ut nil restet, nisì approbatio
ctualis adimpletio, atque necessarius
hanc personæ meæ ac Religiosorum ab
tium ad monasterium reditus; ideoque
millimè sperem me de Reverendissim

V. gratia certum & securum fore, quam hisce pro me & meis ab Ipsa submississimè ardentibus votis exposco, pro cujus felici regimine & longæva vita Deum exorare non intermittam. Coloniæ 4. Octobris Anno 1675.

Reverendissimæ Celsitudinis Vestræ

Humillimus & devotissimus Capellanus
P. Romanus Abbas.

Salvus Conductus
&
Ratificatio Tractatuum Coloniensium
10. Octobris 1675.

535 Petrus Philippus DEI gratiâ Episcopus Bambergensis, Electus Herbipolensis, S. R. I. Princeps, Orientalis Franciæ Dux, &c. Salutem atq; Clementiam nostram: Venerabilis, Devote, Fidelis, atque dilecte. Intelleximus ex Epistola Tua, quanto ardore humillimè desideres non tantùm conciliari Nobis; verùm etiam ulteriores quarumlibet differentiarum radices modis omnibus extirpare. Cùm autem nihil ei fini tam laudabili congruentius accidere posse judicemus, quam ut, uxta conventionem Herbipoli inchoatam; confir-

firmatam in Vico Stetten; actandem
fidelis atque dilecti Consiliarii Nos
annis Friderici Karg Coloniæ Agrippi
secundâ Octobris hoc Anno curren
minatam; atque à Nobis vigore præ
um quoad omnia ratificatam, ante
omnium Sanctorum coram Nobis
millimè sistas, dictamque Conven
adimpleas: idcircò publicam fidem
nam securitatem, cum omnibus &
clausulis necessariis ac opportunis, T
Religiosis Disciplinæ tuæ commis
Tu & Religiosi Tui absentes turò &
huc advenire atque deinceps ibidem
manere queatis, ad consummandum
initiô expositum, præsentium tenore
gnè concedimus; Teque cum tuis
rem gratiam nostram cooptamus,
bergæ in Urbe nostra die decimâ O
A. C. 1675.

P. P. E. B. H.

Reversales D. Abbatis Roman.

556. Ego Romanus Abbas Mo
S. Michaëlis prope Bambergam Ord
nedicti &c. hisce notum facio atq
fiteor: Cùm Celsissimus ac Reve
mus Princeps & Dominus D. Petr

lippus Episcopus Bambergensis, Electus Herbipolensis, S R I Princeps, Orientalis Franciæ Dux &c offensam exindè conceperit, quòd suæ Celsitudinis Juribus superioritatis Territorialis & ordinariatûs visus fuerim contravenire: ad eam deinceps evitandam, majoris firmitatis, assecurationis, & declarationis hujus sinceræ intentionis meæ gratiâ, meo ac Conventûs mei nomine hisce publicè ac liberè universis manifesto, quòd nullum alium Diœcesanum, Ordinarium ac Principem Territorialem agnoscamus, quàm Clementissimum Dominum nostrum, ejusdemque legitimos in hac Ecclesia Bambergensi Successores Principes & Episcopos Bambergenses, qui ibidem omnem ejusmodi jurisdictionem supremam, & Jus obtinet, sub quo & in cujus Diœcesi Monasterium S Michaëlis situm, atque à SS. Imperatore Henrico & Cunegunde fundatum atque subjectum fuit: prout agnovit Prædecessor meus Eberhardus à Venlo Anno 1468, &c.

XV.

Formula Juramenti præstiti à Reverendissimis DD. Abbatibus vallis speciosæ; & alia nonnulla illud Monasterium concernentia.

537. Ego N. Monasterii speciosæ vallis ordinandus Abbas promitto coram DEO, & Sanctis, & hac solemni Fratrum Congregatione, fidelitatem, dignamque subjectionem, obedientiam, & reverentiam Matri meæ Ecclesiæ Herbipolensi, & N. N. Domino meo Episcopo, & Successoribus Ejus secundùm sacrorum Canonum instituta, & prout præcipit inviolabilis authoritas Pontificum Romanorum. *Quod juramentum Abbatum Ordinario subjectorum cùm juxta formam Pontificalis emissum D. Abbas Ioannes in manus DD Commissariorum Celsissimi ac Reverendissimi Principis & Domini D. Iulii Episcopi Herbipolensis Orientalis Franciæ Ducis &c. Idem Ille, ac Acatholico Cœnobii sui Secretario persuasus A.C. 1588. atque Vicinorum quorundam Imperii Statuum potentiâ fretus, jurisdictionem ordinariæ, non tantùm quoad disciplinam Claustralem, quam Superioribus Ordinis, certis sub conditionibus ac modis, à se cessam fatentur Episcopi Nostri; sed etiam quoad reliqua, præter Cæterorum in Franconia degentium Monachorum Cisterciensium morem, sede facto subtrahere nisus est: cujus exemplo quoad denegatam in aliquibus obedientiam institêre quidem Successores Ejusdem in monasterio vallis speciosæ, at interpellati com-*

G I
35

nuò, & in mala fide constituti, nihil iis ad legitimam defensionem proficiente seu longissimi temporis lapsu, qui tantùm infelices animas gravat, ubi constat de malo principio; seu aggregatione ad Gallicanam Cistercienſium Congregationem, qualis secundùm resolutionem authoritate Innocentii X factam n. 31. haud prodest ad hunc effectum monasteriis non exemptis, cujusmodi esse ac fuisse Monasterium speciosæ vallis tum Iuramentum ab Ejus Abbatibus emitti solitum, tum sexcentæ aliæ subjectionis thesseræ genuinæ testantur; seu denique facto Vrbani VIII. S. P. qui Congregationi S. Bernardi Superioris Germaniæ ampliſſimam omnium Ordinis Cistercienſis privilegiorum ac exemptionum concessionem feciſſe dicitur A. C. 1624. die 10 Iulii: cùm hæc prætensa concessio nec Ordinariis Franconiæ legitimè insinuata; nec iisdem priùs auditis indulta; imò sub- & obreptitia fuerit, stante etiamnum in vigore suo Conventione Martini V. S. P. cum Ordinariis Germaniæ Episcopis initâ, de non eximendo quoquam monasterio, nisi causâ cognitâ, & vocatis Episcopis ac aliis, quorum interest: quæ cùm ob fidem datam à Iure Gentium robur obtineat, eoque tendat, ut concessa à Spiritu S. Episcopis in universos intra Diœceses eorum degentes authoritas conservetur, æquanimiter sustinet

S. Se-

Sedes Apostolica, si sapedicti Episcopus sua per viam defensionis prosequantur acta dicent; aut ob defectum intentionis sanctæ Pontificis, mandata ejusmodi Apostolica, ipsi insciis, obrenta cum gravissima Episcopatus Herbipolensis injuria, nec unquam legitima exhibita, non duxerint exequenda. Et quibus abunde constat, Celsissimos ac Reverendissimos Principes Episcopos Herbipolenses fovere intentionem suo datam in Jure adversùs Reverendissimum D. Abbatem & Monasterium Vallis speciosæ, vulgò Schönthal, nisi quatenus idem Abbas ac Monasterium per documenta legitima omni exceptione majora, continuamque possessionem ab Episcopis Herbipolensibus non contradictam, docuerint exemptionem ab ordinaria Horum jurisdictione.

Inde

Index rerum & verborum secundùm numerum paragraphorum.

A.

Abbates coram Episcopo locali deponunt insignia; & populo solemniter non benedicunt, n. 52 jam circa tempora S. Galli contulerunt primam tonsuram. n. 128. conventualibus suis conferunt 4. minores n 129. in Germania plerique hoc faciunt n. 130. an aliis, quàm sibi Subditis conferre possint primam tonsuram & 4 minores, res est intricata. n. 132. & seqq non habent votum decisivum in Synodis. n. 316. eorum benedictio passiva, tam authoritate Apostolicâ, quam ordinariâ n. 417. & seqq n 131. Abbatum benedicendorũ habitus, n. 418. non utuntur baculo pastorali extra propriam Ecclesiam; nec in propria coram Episcopo loci. n. 425. non tegunt caput mitrâ coram Sanctissimo exposito ibid. Abbatis Monachorum S Michaëlis, ord. S. Bened prope Bambergam, singulare privilegium. n. 422. Ejusdem Reversales

les & salvus conductus n. 535. [illegible]
Abbatis usum mitræ non habentis [illegible]
dictio, n. 432.
Abbatissa, ejus electio, confirmatio [illegible]
dictio, n. 457. & seqq. in spiritualibus [illegible]
bet tantùm potestatem domesticam [illegible]
merè privatam n. 468. habet tem[illegible]
lium administrationem, n. 469. [illegible]
tur ad clausuram n. 470. casus [illegible]
ibid.
Abortûs procuratio, n. 196.
Absentium ius in electionibus n. 4[illegible]
Absolutio indirecta à casibus [illegible]
contradicente Ecclesiâ & Episcopo [illegible]
mærica, n. 179. Sacramentalis [illegible]
n. 145.
Administratores bonorum monaste[illegible]
monialium ad annuas rationes [illegible]
loci reddendas obstricti, n. 499.
Aggregationes conventuum, n. 475. [illegible]
sè non tribuunt exemptionem, n. [illegible]
Altare privilegiatum n. 297. porta[illegible]
que potest Episcopus uti n. 211. [illegible]
Regularium exemptorum per [illegible]
possunt ab Episcopis visitari, n. [illegible]
& n. 193.
Anachoretarum triplex conditio, n. [illegible]
Annulus, n. 426.
Apostasia, n. 372. modus procedendi [illegible]

G I
30

sùs Apostatas n. 373. Apostatarum reductio. n. 374. & seq.
Apostoli cur in sanctitate vitæ & doctrina fidei à Deo confirmati? n. 135.
Approbatio Episcopalis Regularium pro confessionibus Cleri ac Populi audiendis. n. 139. Confessariorum quid sit? n. 140. sine examine concessa revocari pro libitu potest n. 149 secùs, prævio examine. n. 150. & seq idonei sunt approbandi generaliter n. 160.
Assassini, n. 450.
Asylorum jus veteris testamenti, n. 444. quale hodie? n. 445. & seqq.
Augustani Episcopi laudabilis recursus ad S. Sedem circa repositionem Reliquiarum in Altaribus spoliatis. n. 303.
S. *Augustinus* conqueritur, deteriores è Monachismo quandoque ad Clericatum admissos fuisse. n. 11.
Aulæ Romanæ majestatem extrinsecam quibus niti asseruisse dicatur Cardinalis Sanctacrucius? n. 35. 511. ubi de mente Authoris.
Authoris Scopus, n. 3.

B.

Baculus Pastoralis, n. 425. & 523.
Bambergensis Ecclesiæ Canonici obtinuerunt à Leone IX. S. P. pro certis peranum

num diebus jus mitræ ferendæ, n.
Episcopus habet privilegium Cru
Pallii n. 310.
Baptismi fides à Regularibus ordi
producenda, n 120.
Benedictinorum ordo in Germania n.
Benedictio passiva Abbatum latè dedu
407 & seqq activa Sacerdotis cer
piscopo celebrantis. n. 219. thu
523.
Beneficii Ecclesiastici renuntiatio in
ante professionem Religiosam, n 1
S. Bernardi dictum de Sigillo confes
n. 76 mens de Regularium exemp
n 25.
Breve Apostolicum eligibilitatis, n.
Bulla cœnæ declaratur, n. 74, Crucia
178, Sabbathina n 298.

C.

Cæremonialis Episcoporum formam se
di obligatio n 425.
Calendarium Julianæum n. 59.
Caligæ Pontificales n. 421.
Canonici Cathedralium Ecclesiarum
habent in Synodis votum decisivum
316. Ecclesiæ Colleg. S. Jacobi M
Bambergæ se præservârunt à Mona
n. 380.
Canonissarum duplex genus, n. 500.

G I
30

lares in quo differant à monialibus strictè sumptis? n. 501. sæcularium reformatio, n 502.

Capellarum Monachorum origo n. 203. Clerici ad eas præsentandi à Monachis n. 204 maximè si cura animarum iisdem incumbat n. 205.

Capitulationes, seu compactata ante electionem quatenus liceant & valeant? n. 408.

Capuccinorum privilegium in Diœcesi Herbipolensi n 516.

Carceres Regularium non sint nimis squalidi n 376.

Casus Papalis quando fieri dicatur Episcopalis? n. 518.

Casûs reservati definitio n. 169. *Casus* Bambergæ & Herbipoli reservati. n. 191. 517. & seqq ubi eorum declaratio.

Cathedraticum. n 315. 342.

Causæ Regularium citra judicialem strepitum terminandæ. n. 100.

Censuræ. n. 58 earum vis adversùs Regulares. n. 225. iis uti potest Episcopus adversùs exemptos in materiis ad se pertinentibus, etiam ubi non exprimitur facultas iis utendi. n. 73.

Chirothecæ Pontificales. n. 430.

Cistercienſis Abbatis, & primorum quatuor Coabbatum prætensio circa facultatem

conferendi subdiaconatum, n. [illegible]
quoad decimas, & latifundiorum [illegible]
tionem. n. 326. Ejus status, [illegible]
Franconia. n. 433. & seq. 537. [illegible]
benedicendorum juramentum. [illegible]
Citationum alia judicialis & arct[illegible]
monitoria & ex urbanitate n. [illegible]
Clausuræ conventuum monialium [illegible]
Episcopo injuncta, n. 240. §. 4. [illegible]
ingressus. n 488. egressus n. [illegible]
n. 489. introductio n. 490. [illegible]
larium delinquentium circa [illegible]
gentes intra septa monasteriorum [illegible]
ad 13. & n 487.
Clerici in commune viventes, n. [illegible]
& 531.
Clericus uni Ecclesiæ adscriptus, [illegible]
nandus deinde ab alio Episcopo [illegible]
Coadjutoriæ n. 406.
Communicare peccatis alienis [illegible]
Complicis invalida absolutio à Co[illegible]
crimine carnali opere consumm[illegible]
Conciliarium Decretorum obl[illegible]
pendet ab inferiorum acceptatio[illegible]
Concilium Tridentinum est in [illegible]
receptum, n. 507. licèt alicubi [illegible]
ceptum, pro norma tamen serv[illegible]
n. 509. Quinam oderint Ejus [illegible]
n. 510. In quibus potissimum [illegible]

G I
30

modificet Regularium exemptionem? n. 77. & seqq.

Concio diebus festivis & dominicis audienda in Ecclesia Cathedrali, vel Parochiali, n. 234. & seqq. quid prærequiratur in Regularibus concionaturis? n. 232. & 240 §. 3. & §. 6. & n. 245. Decimò f. 244. & n. 526.

Concordata Germaniæ circa electiones, n. 406.

Conferentiæ, n. 159.

Confessarios eligendi libertas, n. 481. eorum approbatio n. 139. & 240. §. 2. & n. 244. §. 1. & n. 245. 515 & seqq. eorum præsentatio sola non sufficit, n. 147. de novo examinari possunt à novo Episcopo n. 151. Eorum suspensio, & revocatio licentiæ ob causas confessionem attinentes n. 156. & 245. Primò f. 249. & seq aliæ causæ eos suspendendi, vel licentiã iis datã revocandi n. 157. quæ causæ non sufficiant? n. 158. approbati ab Episcopo in una Diœcesi, etiam Jesuitæ, non possunt audire confessiones in alia sinè speciali approbatione Episcopi Diœcesani, n. 245. Nonò. & Decimò. eorum ministerium facilius reddi-tum per usum indulgentiarum, n 299. Confessarii monialium ordinarii & extraordinarii n. 240. §. 5. & n. 243. ad 8 cum seqq 482. & seq iidem tempore Jubilei n.

484. Confessarius infirmæ monialis, n.
485.
Confirmatio electionis. n. 416.
Confraternitatum erigendarum requisita
440. earum jura &c. n. 442. & seq.
Congregationes Spirituales regulariter
sunt Diœcesanis. n. 439. Congregatio
Cardinalium rebus Regularium præp
tæ procedendi mos. n 100.
Consilii à Jure requisiti natura, n. 292.
Constitutiones (cùm sicut accepimus) Urb
VIII. n. 244. (cùm sicut accepimus) In
centii X. n, 245. (Inscrutabili) ejus
n. 238. Ejus tenor, n. 240. Dubia adv
eam mota. n. 242. resolutio Dubiorum
243. Ejus declaratio. n. 486.
Conventuum novorum erectio, n. 250.
parvorum improbatio n. 257. inten
nocentii X. circa eosdem. n. 258.
Crepidæ in sacristiis. n. 421.
Crux pectoralis. n. 422.
Cura actualis & habitualis, n. 392. & seq.

D.

Dalmatica, n. 423.
Decimæ quid sint, & quo Jure introduct
319. earum divisio. n. 320. & seqq. qu
Ecclesiis debeantur? n. 322. earum
n. 323. monachi olim ad eas oblig
324. Decimarum status ante, & post

cilium Lateranense. n. 325. & seqq. in materia Decimarum rigor adhibendus contra Regulares. n. 329. Pœnæ canonicæ contra delinquentes in materia Decimarum. n. 332. aliqui pro Decimis contra usurpatores propugnatis occisi. n. 333

Decimatorum obligatio, si ministris Ecclesiæ deficiant alimenta. n. 336.

Decreti irritantis natura. n. 413.

Delegata jurisdictio in quo sensu non sit extendenda n. 101.

Delegationum alia ad universitatem causarum; alia specialis: & notabile utriusque discrimen. n. 102.

Diaconissarum officium in Ecclesia primitiva. n. 501.

Differentia præcipua statûs Ecclesiastici & Religiosi n. 7. Secundaria. n. 14. inter exemptionem de Jure, & in Jure. n. 34. inter facultatis audiendi confessiones limitationem ad locum, & restrictionem ad personas ac tempus. n. 162. inter periculum mortis, & alias necessitates, quoad absolutionem à casibus reservatis. n. 184. inter miracula, & gratias. n. 294. inter Religiosos simul, & sigillatim habitantes. n. 351. inter forum internum & externum. n. 357. velationis antiquæ Virginum & viduarum n. 477.

Dimissoriæ duplicis generis; & quis eas c
concedat? n. 110. & seq. earum form
n. 513.
Diœcesanæ Synodi praxis accuratissim
307. & seqq.
Dispensationis natura. n. 508. superio
mento occulto. n. 518.
Dos Monialis n. 493.

E.

Ecclesiarum res gubernandæ, & dispos
cum judicio Episcopi n. 547.
Ecclesiastici statûs differentia à Regu
7. & seqq.
Educandarum apud Moniales varia c
tiones n. 476. quoad censuras & pœn
n. 475.
Ejecti annuatim requirendi. n. 364. E
nes Regularium quandoque ne
n. 364. Ejectionis modus & præ
n. 366. & seqq.
Electio quid sit, & quomodo differat a
latione? n. 401. Electionis tria genu
practicè de Electione per inspir
vel quasi. n. 402. & seqq. Prælatore
gularium an facienda secundum
proprer n. 405. et quando sit locus
quinam ad eam vocandi? n. 407. E
tes per Procuratorem. n. 409. El

præliminaria n. 410. Eligendi modus practicus per Scrutinium. n. 411. Electionis acceptatio & publicatio n. 412. Extraneorum ad electionem admissio. n 413. Eligendi modus practicus per compromissum. n. 415. Electionis confirmatio. n. 416. præsidium Episcopis competens in electionibus Superiorum Monialium quantumvis exemptarum, n. 240 §. 5. n. 458.

Encolpium n. 422.

Episcoporum negligentia conservandi suam in Religiosos olim authoritatem, n. 8. & 43. nimia in Regulares propensio fuit causa exemptionis. n. 19. 26. 383. Episcopi quandoque authoritate suâ fuerunt abusi. n. 21. Episcopis localibus reverentia debetur ab exemptis. n. 47. eorum antiqua jura præeminentialia & reverentialia non tolluntur per exemptionem. n. 48. quid possint in locis exemptis? n. 50. & seqq. Episcopo extraneo quid in Ecclesiis suis permitti possit ab exemptis? n. 51. Episcoporum Discretio n. 53. eorum protestas in exemptos occasione turbatæ, vel offensæ jurisdictionis Episcopalis. n. 70. & seqq. & n. 245. Quartò f. 251. procedunt contra exemptos in multis, tanquam S. Sedis Apostolicæ delegati; &

quænam sit horum verborum vis
& seqq. Episcopus triplex, bene
riginis, & domicilii. n. 114. Ord
um cautela quoad Religiosos n.
successerunt Apostolis in extra
potestate. n. 136. eorum cum
Regularibus quasi-contractus in
nibus respicientibus salutem Gre
piscopis commissi n. 137. Episco
vus omnes Regulares vocare p
novum examen. n. 251. non te
ligiosis dicere causam revocatio
suspensionis. n. 154. Episcopor
gatio tempore pestis. n. 164. So
uti possunt ubique Altari portat
per totam Diœcesin à quibus li
nandi sunt in canone Missæ. n.
rum potestas in Religiosos ab
suo deflectentes n. 259. quando
possint Ecclesias Regulares ad
merè Clericalem? n 260 quan
die liceat in examinandis mira
vorum Dei? n. 290. habiles sunt
mediatè monachis præsint. n. 4

Epulæ aditiales n. 344.

Evcharistiam non ministrat, sine li
necessitate, simplex Sacerdos. n
solemniter à Religiosis exponi
test, nisi de Episcopi consensu,

missu. n. 209. ab Apostolis in Pentecoste primùm fuit oblata, n. 335.
Evlogiæ n. 341.
Examen Confessariorum. n. 240. §. 1. Ordinandorum tria concernit. n. 118. in illud trahendi mores etiam Regularium ordinandorum. n. 119. similiter eorundem scientia. n. 121. nulli facilè condonandum. n. 122. Examinis ordinandorum summa. n. 123. pro prima tonsura. n. 124. pro minoribus. n. 125. pro Subdiaconatu. n. 126. pro Diaconatu & Presbyterio. n. 127. pro Abbatibus benedicendis. n. 420.
Excommunicati denuntiatio principaliter tendit in bonum gregis. n. 67.
Exemptio quid, & quotuplex? n. 16. 61. à quo detur? n. 17. prima solùm data fuisse videtur quoad temporalium dispositionem. n. 22. eam probandi modus. n. 32. eam tuendi quadruplex modus. n. 33. non cõpetit hodie Regularibus de Jure communi. n. 34. Ejus commoda respectu Aulæ Romanæ. n. 35. & 511. respectu Regularium. n. 36. Ejus incommoda. n. 37. armat filios in Parentes. n. 38. modificata per S. C: Trid. n. 40. 77. & seqq. Ejus privilegia observanda. n. 44. est impedimentum accidentale potestatis Episcopalis. n. 72.
Exemptorum, tempore Gregorii XV. varius

nus conatus n. 20. 241. Exemptum
ſerenti incumbit onus probandi
quorundam falſa humilitas n 39
tum ad ſe, renuntiare non poſſunt
legio libertatis n. 41. & ſeq. memo
ſui ſtatûs nativi n. 45. eorum jurg
modo ſiſti poſſint? n 46. In not
Epiſcopo declarari poſſunt excom
cati, n 65. quorundam inane
adversûs caſuum reſervationes.
recurrere poſſunt ad Epiſcopum
Superiores ſuos in manifeſto gra
& damno imminente n 330
tes quatenus gaudeant exemp
428.

F.

Fabricæ Eccleſiarum Cathedralium
Falſificatio litterarum publicarum,
Feſta, n. 56.
Fidei cauſæ. n. 55. Profeſſio exigi
gularibus prædicaturis. n. 233.
Fides Baptiſmalis ordinandorum,
Filia ſpiritualis. n 199.
Fœmina non eſt capax ordinis, n. 46
Fornicatio ſacrilega. n. 200.
S. *Franciſci Saleſii* prudens conſilium
introduct, ad vitam devotam
n. 46.

S. Francisco seraphico grata non fuit exemptio n. 39.
Fraudes Regularium contra Diœcesanos Episcopos improbatæ n. 112.
FRIDERICI *Imp.* Constitutio de foro Scholarium n. 353.
Fugitivorum definitio, & triplex causa, n. 370
ii annuatim requirendi n 365.
Fundatio novorum Conventuum, & pacta illi adjecta. n. 250. & seqq.

G.

Generales ordinum cur non abrogent parvos conventus? n. 261.
Germaniæ Concordata. n. 406. miser status circa tempora *S. Bonifacii*, n 383.
Germani Episcopi retinuerunt in multos Regulares plenam jurisdictionem, n. 383.

H.

Henricus V. Th. Monachus impostor. n. 373 530.
Herbipoli Regulares, etiam exempti, sunt ad annuas rationes Episcopo reddendas obstricti n. 349.
Hibernici cujusdam Episcopatûs proventus. n. 355.

S. *Hieronymus* non usus ordine Presbyt
sibi collato, n. 8. ordinatus cum proto
tione, n. 104.
Homicida proditorius, n. 450. Homicidi
n 195.

I.

Iejunia. n. 57.
Iesuitissarum coadunatio reprobata a
bano VIII. n 506.
S. *Ignatii* Fundatoris Soc. JESU specia
fectus erga monasteria & Ecclesias
nis S. Benedicti, n. 11.
Ignoti & vagi non admittendi ad celeb
dum n. 220.
Immunitatis Ecclesiasticæ localis Thea
praxis. n. 445 & seqq.
Incardinatio Clericorum. n 04.
Incorrigibilitas in quo consistat? n. 3
Ejectiones.
Indulgentiarum definitio. n. 295. caus
sus & recognitio n. 296. & seqq.
ratio. n. 299. concessio ad instar Jubi
190. Sabbathinæ n. 298.
Injectio violenta manuum in Clericos
Parentes. n 192. 518.
Insinuativa. n. 344.
Interstitia cur introducta? n. 106. in
spensat solus Episcopus, n. 108.

G. I.
3 8

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inthronisticum, n 344.
Irregularitas ex homicidio, n. 195.
Iteratio Sacramentorum imprimentium characterem invalida, n. 194.
Iubileum. n. 188, & seq. Ejus tempore Confessarii Monialium. n. 484.
Iuramentum Abbatis benedicendi, n. 419. Alumnorum Herbipolensium, n. 533. ordinandorum. n. 524.
Iurisdictio delegata, n. 101. & seq. voluntaria exerceri potest ab Episcopo locali in loco suæ Diœcesis exempto. n. 49. Ordinaria & delegata, n. 142. Distinguitur ab approbatione. n. 143. Jurisdictionem quoad absolutionem Sacramentalem Cleri & Populi, unde habeant Regulares exempti? n. 144. 146.

K.

Katzensuff. n. 518.

L.

Latro publicus. n. 450.
Legatis piis satisfaciendi neglectus. n. 193.
Libri imprimendi de licentia Episcopali, n. 263. 527. eorum censor. n. 264. impressiones lucrativæ, n. 265. & seqq.
Litania majores, n. 221.

M. S.

M.

S. *Macharii* Abbatis Scotorum Her
cultus vindicatus, n. 291.
Majestatis læsæ rei. n: 450.
Manuum impositio non consecrati
131. 424.
P. *Marcus* ab Aviano Capuccinus mi
trat in Germania n. 293.
Mendicantes Religiosi cedunt Monach
229.
Metus n. 282.
Miraculum quid sit, & quot modis fi
sit: n. 286: miraculorum proba
287. eorum recognitio. n. 289. m
la nova Sanctorũ vindicatorum
ad SS. imagines facta. n. 293. d
untur à gratiis n: 294.
Missa quomodo celebranda coram E
po? n. 216 & seqq quænam in e
bratione observanda ex Decret
Trid. fol. 170. Missales Presbyt
nam? n: 10. 380.
Mitræ privilegium diversis Episcop
rioribus, etiam Canonicis Imp
Ecclesiæ Bambergensis conces
428 & seq non deferenda in Cap
ram exposito SS. Altaris Sacram
425.

G I
30

Monachalis ſtatus olim non bene compoſſibilis cum Presbyterali, n 8.
Monachatus olim quibusdam via fuit ad ſtatum Clericalem. n: 11. Monachorum ſtatus primævus. n 378. hi olim Epiſcopis planè ſubjecti, n: 379. eorum quatuor genera n. 436.
Monaſteriorum injuſtè remittentium portæ poſſunt perfringi, n. 398. plurium ſub unum Regulare caput reductio periculoſa. n 381.
Monialis ante profeſſionem ſinè alia diſpoſitione defunctæ dos reſtituenda heredibus ab inteſtato. n: 273. Moniales propriè dictæ n 454. an ejici poſſint ob in corrigibilitatem? n: 369 earum viſitatio, n: 394 qui regunt earum monaſteria non-exempta, Epiſcopis eatenus planè ſubjiciuntur. n. 455. Exemptæ in quibus ſubſint Epiſcopo? n. 456. earum obligatio ad vitam communem. n. 494. ultra numerum non recipiendæ. n. 498.
Mulieres in Conſervatoriis degentes, n. 505.
Multitudo nimia Religioſorum in uno Conventu nociva. n. 246.

N.

Nadab & Abiu pœna, n: 425.

Necessitas Ecclesiæ. n. 107.
Negotiationibus interdictum est Clerici Religiosis. n. 268.
Nigro colore fuit à monachis habitus Clericorum infectus. n. 380.
Notorium quid, & quotuplex? n. 64. Distinguitur à publico. n. 68.
Novalia. n. 330.
Novitiarum dotes n. 49.
Novitiorum delicta ante Religionis ingressum commissa. n. 362. & seq. eorum mortis physicæ causâ dispositiones. 273. eorum renuntiationes. n. 269 seqq.
Numerus Monasteriis semel assignatus quit augeri. n. 247.

O.

Oblatarum mulierum conditio n. 57.
Occasio ad præsens Opusculum n. 2.
Officium publicum præjudicat exemptioni n. 75.
Operibus laboriosis Sanctorum ex gratia Christi duplex jus inest n. 295.
Oratoria veterum Monachorum. n. 10.
Oratoriorum privatorum origo, interpretatio, & modificatio. n. 210. concessiones quando limitandæ sint. ab Episcopis procul ab urbe

etiam hodie conceduntur ex causa. n. 212. non benedicuntur; nec gaudent privilegio immunitatis localis, ibid. publica quæ dicantur? n. 214.

Ordinandi facultas quibus Abbatibus, & in quantum competat? V. *Abbates*, ordinandi quilibet à propriis Episcopis n. 104. Ordinandorum titulus triplex, n. 115. eorum juramentum in Diœcesibus Bambergensi ac Herbipolensi, n. 524. Ordinantium Episcoporum cautela quoad Religiosos n. 117. Ordinari quando possint Regulares ab alio Episcopo? n. 113. Ordinator eorum Episcopus localis, n. 105. Ordines quandoque collati ab alieno. ibid.

Ordo Melitensis, & Teutonicus. n. 351. & seq.

S. OTTO Episcopus Bamberg. personaliter visitavit monasteria montis S. Michaëlis, & Banthense, n. 388.

P.

Panis arctus & aqua brevis, n. 377.

Parænesis ad Episcopos, ac Regulares exemptos n. 5.

Parochiarum regimini, an & quibus conditionibus præficiendi sint Religiosi? n. 206.

Pa-

Parochorum facultas circa confessiones
141. eorum obligatio tempore p
n. 163.
Pax quomodo danda post Agnus Dei
n. 218.
Peccator simpliciter hodie obligatus
debet ad manifestanda occulta delicta
sua extra Sacramentum n. 186.
Peculium, & ejus abusus n. 495. & seqq.
Periurium judiciale, n. 197.
Pestis tempore quid observandum Pa
& seqq.
PETRUS PHILIPPUS Episcopus B
bergensis & Herbipolensis, S.R.I.P
ceps, Orient. Franciæ Dux &c. ele
Bambergæ 21. Martii 1672. pos
inspirationem, n. 402. ante Her
lensem electionem, cœlo mirabil
sponente, obtinuit à Clemente X. D
eligibilitatis n. 401. electus Herb
die 7. Maji 1675. n. 411. Ab
Conventus montis S. Michaëlis p
tentur Ei & Ecclesiæ Bambergen
nam subjectionem n. 385. 386. p
rat naturam peculii n. 495. decer
anniversariam festivitatem trans
nis S. Bonifacii M. Herbipoli n.
Disponit omnia providè, imm
periculo contagionis, n. 167. D

modè tractari jubet personam Regula-
rem fugitivam sponte reversam; & e-
andem aliâ vice in fuga deprehensam,
n. 375. exigit & accipit ab Herbip. Prio-
re Ord. Prædic. Reversales circa jus præ-
sidendi electioni Priorissæ S. Marci, n.
458. Habet Bambergæ privilegium
Crucis & Pallii n. 310. Improbat sen-
tentiam quorundam exemptorum de
absolutione indirecta à casibus reserva-
tis, n. 184. In Diœcesi Herbip. suppri-
mit Institutum Clericorum in commu-
ne viventium n. 381 531. Indulgentias
in forma Jubilei obtinet A. C. 1676. pro
utraque Diœcesi, n. 188. Inquirit in
gesta P. Marci ab Aviano Capuccini, n.
293. 528. Judicat privativè adversùs
alios in Diœcesi sua de immunitate lo-
cali n. 447. S. Macharii Abbatis Scoto-
rum Herbipoli (cujus Successorem Re-
verendissimum D. Bernardum nuper in
Capella arcis, die octavâ SSS. Franco-
niæ Apostolorum Chiliani, Colonati,
atque Totnani, assistentibus Reveren-
dissimis Dominis Placido Schvvarza-
censi, & Bernardo Neostadiensi ad mœ-
num Abbatibus, Eadem Celsitudo sua
solemniter benedixit.) cultum vindicat,
n. 291. observat Jus commune, & usum

recc-

receptum, in exigendo subsidio cha-
tivo à Clero suo degente in Palat-
n.338. Præscribit modum recognos-
di Reliquias insignes Herbipoli exp-
tas, n. 305. Ordinandis in utraque
œcesi certum juramentum injung-
525. Prohibet, ne admittantur ad ex-
brandas missas ignoti, & vagi, nec
deferentes Clericalem habitum & to-
suram, n. 220. 524. Prohibet recep-
nem annulorum in celebratione mis-
n. 426. 524. Reservat sibi casus ab-
Bambergæ & Herbipoli, eosdem
declarat. n. 191. & seqq. n. 517. &
Restringit Herbipoli faciliorem ing-
sum extranearum mulierum intra
suras n. 489. Revocat ad obedien-
Abbatem Vallis speciosæ, n. 434. &
Romæ quendam Henricum gyp-
gum Impostorem in vincula conjic-
cit. n. 373. Secedit ad sacram sedi-
nem, n. 11. Stabilit generalem vive-
modum pro Clericis Diœcesis Herbip-
lensis n. 381. 532. Sustulit epulas
tiales & insinuativa in Collegiatis Bam-
bergensibus n. 344.

Pharmacorum &c. Venditio Romæ pro-
bita Religiosis ab Urbano VIII n. 2

quid contra tales possit Ordinarius? n. 245. *Decimp sextò.*

Pœnitentia forum est arcanissimum, n. 167.

Populator agrorum nocturnus n. 450.

Portio Episcopalis n. 333.

Postulatio, n. 401.

Potestas ordinis, & jurisdictionis, n. 138.

Præcedentiarum Regularium litis dirempтor. Episcopus n. 228. & seq.

Prædicare debent Episcopi per se, vel per Substitutos. n. 230.

Prædicante Episcopo, aliis concionibus sup persedetur, n. 231.

Prædicaturi Regulares ad quid obstringantur? n. 232. & seqq.

Præmunitio Authoris contra criminatores, n. 6.

Præpositi Templi Pacis Romæ privilegium, n. 53.

Præsentatio sola Confessariorum Regularium hodie non sufficit n 147.

Preces quadraginta horarum n. 226.

Presbyteralis status olim non bene compossibilis cum Monachali n. 8.

Primitiæ, n. 334. ter olim solutæ, n. 335. Primitiæ Christianismi, Eucharistia, ibid. earum oblatio apud Christianos, n. 336.

Princeps Sæcularis quid possit adversus Clericum, vel Regularem Reum, ac Complicem seditionis? n. 74.
Privilegium exemptionis. n. 32. exhibendum n. 245. Tertiò. Privilegiorum Religiosis in ordine ad audiendas Cleri & Populi confessiones concessorum variatio historicè remonstrata. n. 147. Privilegiorum interpretatio petenda a S. Pontifice n. 33. & 245. Quartò.
Processiones publicæ; & quinam ad eas accedere teneantur? n. 221 & seqq. Processiones Regularium n. 217.
Processui per extraneum facto quatenus ibi re possit Iudex? n. 452.
Professio Religiosa principaliter tendit ad propriam salutem. n. 14. Professionis nullitas, & de ea judicium n. 250. &
Proœmiorum usus ac utilitas. n. 1.

Q

Quæstuatores, seu Regulares in pagis mendicantes n. 371
Quarta Episcopalis n. 333.
Querela Regularium exemptorum adversus Episcopos in ustæ n. 4.
Quietis publicæ in mutationibus retinendæ modus n. 103.
Quota funeralis n. 345. & seq.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.

Rationes annuæ Religiosorum in Diœcesi Herbipolensi. n. 349.
Reclamatio nulliter professorum. n. 282. & seq
Recollectio spiritualis multorum ad certum tempus in solitudine. n. 11. Parochi Herbipolenses annuatim ad eam obstringuntur n 512. quibus Celsitudo sua præivit exemplo. n. 11.
Reconventio, n 69.
Redemptio Altarium prohibita n. 203. & seq.
Regulæ veterum Religiosorum ab Episcopis approbatæ n 382.
Regulares exempti subjiciuntur Ordinariis in rebus toti Clero ac Populo secum communibus n 54. in quibus generaliter ordinariis subjiciantur? n 55. & seqq an subjiciantur Ordinario loci, ratione delicti, contractûs, aut rei sitæ? n 62. Ordinandi sunt ab Episcopo loco li n 105. compelli possunt ab Episcopis ad functiones mixtæ vitæ suæ congruas obeundas. n 155. eorum obligatio tempore pestis. n 166 quorundam subterfugium n. 237. studentes in Uni-

versitate, n. 354. vagantes n. 355. &
seq. delinquentes extra clausura n. 35
& seqq. litteræ requisitoriales de p
niendo Regulari exempto, qui ex
clausurum scandalosè deliquerat; &
Responsum Superioris n. 529. Regu
res non integrè nôrunt omnia Prin
pumarcana n. 35. 511. in fine.

Religiones alicubi Episcopis planè subjec
n. 383. 433. ab Ecclesia ad ordines
cros admissæ n. 12. militares n. 351.

Religiosi statûs ab Ecclesiastico differen
& explicatio figuræ ab initio posita
7. 13. 14. Religiosis in casu neces
tantùm injuncta fuit dispensativè
animarum. n. 9. eorum prima ad
ctiones Presbyterales admissio n.
status Clericalis iis per accidens
petit. n 12 in iis, quæ respiciunt cu
animarum Cleri ac Populi, sunt Epi
pis subjecti. n. 12. 207. Veteres in
è clausuris egressi. n. 15. nonnulle
pruritus & artes pro obtinenda exe
ptione. n. 23. & seqq. Religiosi unde
cti sint? n. 4.

Reliquiæ diligenter ab adulterinis recogn
scendæ n. 301. & seqq. earum recog
tionis, & translationis praxis, n. 304.
seqq.

Rom

Renuntiatio beneficii. n. 277. Novitiorum, n. 269. & seqq.

Reservandi potestas competit Episcopis. n. 168. Reservatio primariò afficit Confessarium in bonum Pœnitentis, n. 169. ferit etiam Regulares non-exemptos, & forenses. n. 170. Reservari possunt ab Ordinario loci certi casus respectu monialium exemptarum. ibid. Reservationis discretæ utilitas n. 171. & seq. necessitas. n. 174. malè accusatur tyrannidis. n. 173. non tollitur per absolutionem indirectam à Regularibus nonnullis confictam. n. 179. & seqq. Reservatio sinè adjectione temporis concepta extenditur ad peccata ante eius promulgationem commissa, n. 185. Casus reservati Bambergæ & Herbipoli, eorumque declaratio. n. 191. & seqq. & n. 519. & seqq. Quatenus reservari possint ab Episcopis casus Papales? n. 518.

Restitutio adversùs lapsum quinquennii, n. 281.

S. *Romualdus* visitatus à S. Henrico Imperatore. n. 15.

S.

Sacerdotes Missales. n. 10.

Sacramentorum administratio necessaria & voluntaria, n. 392. & seq.
Salarium Advocati, n. 63.
Sandalia n. 321.
Sanguinis Judicium à Religiosis non exercendum. n. 377.
Scelerati non sunt per immunitatem locorum fovendi. n. 448.
Scientia non minor in Regularibus, quam in Ecclesiasticis ordinandis requiritur, n. 121.
Scotorum nomen cur vagantibus impositum: n. 355.
Scrutatores electionum extra gremiales, 414.
Sebastiani Pighini consilium de sustendo Concilio Tridentino moribus Regularium exemptorum, n. 99.
Seditionis contra Episcopum author graviter puniendus. n. 399. seditiosus Clericus, aut Religiosus an puniri possit à Principe sæculari? n. 74.
Societatis JESU laus. n. 245. privilegia de non servandis interstitiis & aliis promoventibus Clericalem disciplinam, n. 109. quoad Titulum, n. 116. quoad Confessiones, ab Urbano VIII. cassatum, n. 119. quoad Oratoria privata, n. 215.

G. I
38

ad prædicandum, n. 232. quoad novitios & scholasticos renuntiantes, n. 274. & seqq.
Subsidium charitativum. n. 337. & seqq.
Superior debet esse facilis in danda Confessario ad se recurrenti licentia absolvendi à particulari casu reservato ad Confessionale delato n. 177.
Superior localis Religiosus extra Claustrum delinquens. n. 360. non debet Regulares sibi subjectos adstringere ad confitendum sibi, n. 177.
Synodales Examinatores. n 313. Judices, n. 314, statuta. n. 317 & seq:
Synodus Diœcesana. n. 307. & seqq. Provincialis. n. 314. Synodaticum, n. 343.

T.

Tertiariarum congregationes suaviter à B. Pio V. sublatæ. n. 503.
Testamenta quorundam Monachorum Orientis n. 265. Testamentarii, quamvis aliàs exempti, tenentur ad reddendas Episcopo rationes. n. 76.
Theatini. n. 223. 248.
Thesaurus Ecclesiæ. n. 295.
S. *Thomas* de Aquino impetrator annuæ solemnitatis festi Corporis Christi. n.

221. composuit officium & missam
dem. n. 335.
Titulus paupertatis Religiosorum, n. 1
triplex ordinandorum. ibid,
Transitus Religiosarum ad ordinem
&iorem. n. 492.
Tridentinum Concilium est in tota
receptum apud Catholicos, n. 507.
alicubi non esset receptum, debe
men servire pro norma, n. 509. Qu
oderint ejus receptionem? n. 510.
Tunicella. n. 423.

V.

Velatio virginum, & viduarum. n. 47
lum. n. 464. 477.
Venetæ Reip. praxis in processioni
224.
Venia dimidiata dari non potest. n. 1
Venialium peccatorum remissio. n. 14
Visitationis praxis absoluta. n. 384. &
Voluntatis Virginum ad Religionem
rantium exploratio. n. 478.
Ursulinarum constitutiones, & praxis
ad educandas. n. 473.
Utilitas Ecclesiæ. n. 107.

Z.

Zeli discreti commendatio. n. 5.

G. I
3 8

FRATERNUM EPINICION

Hieronymi Caroli Karg J.U. Doctoris

Suæ Celsitudinis

Consiliarii Aulici & Cameralis,

PACI RELIGIOSÆ

pro Epilogo adjectum.

CÆsaris Augusti si vox fuit ultima quondam
PLAUDITE, cùm summam clausit in orbe diem.
Num FRIDERICE tuum finis, sinè *PLAUDITE, librum?*
At, quamvìs fileas, hoc liber ipse canit.
Siqúe liber velet plausum, stimulante pudore:
Lectorum saltem (PLAUDITE) finis erit.
Et ne quis mutilum putet, *hos sinè fine,* libellum:
Fraternâ ad finem, PLAUDITE, scribo manu.

Ad Religiosæ Pacis Authorem.

Purus amor Veri; Pax sincerissim[illegible]
Cleri
Cum Monachis studium, dant op[illegible]
hocce pium,
Ut compensetur labor hic: FRIDE-
RICE, beetur
Mens tua tot donis, quot scatet i[illegible]
bonis.

Ita animitus apprecatur observan-
dissimo D. *Consobrino suo*

Joannes Henricus Schlehlein
Suæ Celsitudinis Secretarius intim[illegible]

Sphalmata notabiliora sic emendand[illegible]

In proœm. n. 2. sub fin. evctioi, evict[illegible]
In Indice decad. X in fin. Iesuitis, Iesu[illegible]
sis. fol. 11. lin. 1. horum, huius. f. 33. l. 4 [illegible]
bus, quatuor. f. 24. l. 11. de Iure, in Iure. f. [illegible]
l. 5. quadatenus, quadantenus, f. 36. l. 12. [illegible]
ciat, facit f. 38. l. 6. idem, item f. 64. l. 18. [illegible]
scipien. suscipienda, f. 76. l. 22. Presbyt[illegible]

atum, Presbyteratum. f. 86. l. 3. Supremi, Supremis. f. 101. l. 4. congatio, Congregatio. & lin. 5. Dimisfioria, Dimissorias. f. 120. lin. 9. commirtat, committat. f. 138. l. 2. Rogularibus, Regularibus. f. 157. l. 22. vides, video. f. 159. l. 17. quòd, quod. f. 181. l. 7. causas, causas. f. 187. l. 5. consendendū, conscēdendum. f. 188. l. 1. poeest, potest. f. 192. l. 22. pubiico, publico. f. 211. l. 4. gratis, gratis. f. 222. l. 6. quarumque, quarumcunque. f. 223. l. 19. ex. extra. f. 240. l. 11. ipsi, ipsis f. 242. l. 17. nem, mem. f. 248. l. 9. privilegiorum, privilegiis. f. 252. l. 9. Scripturi, Scripturis. f. 304. l. 19. Subsfantium, Subsfantiam. f. 334. l. 6. sidis, fidis. f. 383. l. 23. euia, cura f. 389. l. 4. aebere, debere. f. 398. l. 19. Prainci-alis, Provincialis. f. 404. l. 4. agundum, agendum. f. 430. l. 2. Conventum, Conventuum & lin. 15. sollitudine, sollicitudine. f. 447. l. 10. Concreti, concrediti. f. 456. l. 12. omnes, adde, post. f. 458. l. 17. sacrarum, sacrorum. f. 462. l. 15. sibet, libet & lin. 16. lint, sint. f. 475. l. 18. defœde, defœda. f. 490. l. 11. Grucis, Crucis. f. 513. l. 19. pallentis. pollentis. f. 522. l. 13. plerique, plerisque. f. 529. l. 23 Congre, Congrega- f. 548. l. 21. disposifitiones, disquisitiones. f. 594. l. 22. ad, ac f. 596. l. 17. tum, tam. f. 644. l. 1. Monti, Montis

Typo,

G I
30

Typographus ad Lectorem

SI nIsI non esset, præstans MoDI
qVILIbet esset:
Ast rarò VIsI, qVI CarVêre nIsI.

O, A. M. D. G.

Collegii Sectis Jesu Paderb.



1697.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



G I
3 5

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

G II
3 8

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN